
GAUDEO


INDA
CHO
COLA

# CHOCOLATA INDA,

Opuſculum
*De qualitate & naturâ*
CHOCOLATÆ,

*Authore*

ANTONIO COLMENERO DE LEDESMA, Med. Fac. Profeſſore in Eciſana urbe,

*Hiſpanico antehac idiomate editum: nunc verò curante*

Marco Aurelio Severino Tarſenſi, Phil. Medico, & in Gymnaſio Neapolitano Regio Anatomes & Chirurgiæ Prof. P.

*in Latinum translatum*

NORIMBERGÆ,

*Typis Wolfgangi Enderi, Anno 1644.*

*Viro Perillustri & Excellentis-*
*simo, Domino*

PAULO ZACCHIÆ,
totius Ecclesiastici Status
generali Archiatro,
*Patrono Colendissimo*
*felicitatem!*

BIennium, & quod ex-
currit, nunc est,
quod Romam, ter-
rarum illam genti-
nque Deam, ex Neapolitano re-
rsus itinere, aliorum more illu-
ia orbis loca perlustrantium at-
ntiùs contemplatus, rudera atq;
inas prisci etiamnum sui splen-
ris atque elegantiæ vestigia in-
tus, præsentem illius S.P.Q. fe-
itatem, quâ universa tum frue-

batur & privata civium ſocieta
& florentiſſima inibi Reſpublica
perennitatis voto proſecutus fu
Nec me parùm ratus beatum, u
nam gentium, Plinii teſtimonio
in toto orbe virtute haud dubiè
mni præſtantiſſimam vidiſſe, qu
ſtudium ſuum in doctrinâ & ſ
pientiâ collocantium clavo obſ
quioſa, eorumque ſceptro ſubdi
pareret; quin id meæ adjectũ ſo
ti qſ. ſuperpondium intellexi,
Illuſtrium Virorum per trimeſtr
quo commoratus ibi, tempo
ſpatium amicitiam, quam ſolli
to ſemper ambivi animo, mi
ſenſerim obviam, quorum jucu
diori gaudens converſatione n
exiguam mihi nactus videbar m
leſtiarum ex ſuſcepto itinere
bundè perceptarum levamẽ, ſu
ptuum reſtitutionem, exper
rum lucrum. Favit huic meo in
co

compluresalios desiderio Illustris Petrus Servius, ad cujus gratiam conf. ntiens aditum mihi fama paravit, tanquam primarium seculi Virum, ingenio, experientiâ, dexteritate, omniumque amore laudum atque virtutum Clarissimum. Nec deerat expectationi Excellentissimus Tobias Aldinus, exquisitâ plantarum, non indigenarum saltem, verùm & exoticarum, quas

*utrumque Phœbi litus & Libanus colit,*

cognitione nobilis, qui in indagandis veterum Botanologorum placitis nulli secùndus; qui ob raras florentis judicii dotes Summi Pontificis viridario præest; cujus in colendo industriam, in plantando solertiam, in propagando felicitatem admirati sunt omnes, quotquot Maximi Principis in-

ſtructiſſimum hortum *bellè vide re.* Suo quoq; hoc votum beavi favoris fœnore Experientiſſimu Nicolaus Larchæus, maturis ſui conſiliis, inſignique in curand perſpicaciâ ætatem antevertens cujus providæ, quos dubia ſaluti ſpes incurabiles reddit, commiſſ curæ inſperatam toties poſtlimi niò aſſequuntur ſanitatem. Nequ verò meus in his ſaltem acquievi animus, quin tui quoque nomi nis ſplendore, Illuſtris Zacchia excitus, quem divina auguſti in genii monumenta ad æthera uſq evectum coruſcare inter æmulo

*--- --- velut inter ignes*
*Luna minores*

fecêre; Te videre, Te alloqui, Tib me meaque omnia promtiſſim offerre exoptavit. Cui equiden conatui bis reſtitit fortuna, te ſtâte id amœniſſimâ quatuor fon

tium

tium viâ, quam toties ſpe vânâ lactatus, repetito ſubinde itu reditu que trivi. Cùm verò ſpem ulteriorem Te conveniendi adimeret inſtans abitus, meum componere atque ſedare animum Tui deſiderio excitatum coactus fui, eâ tamen lege, ut quò remotiora peterem loca, eò viciniorem me Tibi exiſtimârim. Hinc ſive à mari fluctuante jactatus fuerim,

*ſive per Syrtes iter æſtuoſas*

inſtituerim, Tu ſubinde ante oculos verſabare meos, Tua continuò menti fixa inſedebat imago, Tuiq; perennem recolebam cum ſubmiſſa tanti nominis veneratione memoriam.

Quem proinde hactenus tacitum tuæ Nobilitatis mecum fovit cultum, nunc publicè erumpere patior, veluti ardentes in arcto compreſſæ angulo favillæ ob in-

tenſiorem vis coactæ æſtum diu latere nequeunt. Publicùm hoc ſit tuæ apud me Virtutis indicium; publica hæc compellatio tuæ immortalis famæ præconium, cujus radiis per omnem jam Europam ſparſis cum lux major vix poſſit accedere, ſcintillulam ſaltem aliquam conferre auſus ſum, virium tenuitatem voluntatis prolixitate compenſans. Rivulum igitur ſaltem calidi in Te adfectûs à me promanantem ſerenâ excipe fronte hilarique vultu, quo offero præſens de CHOCOLATA opuſculum, rarâ vocis exoticæ appellatione quibusdam ſuſpectum, gratâ tamen compoſitionis explicatione jam dudum expetitum: opuſculum nõ proprii fructum laboris, ſed Excellentiſſimi Severini benevolentiâ conceſſum, quod ob intimam, quam Tecum Vir

iste Illustris sincerè colit, amicitiam, ad tuum deinceps favorem mihi quoque perennandum acceptissimum sisto pararium, observantiæ in Te meæ testem, quoad vixero, nullâ fortunæ injuriâ violandum; quem quippe quæstum laudum tuarum opulentiorem reddidit venerabilis ille noster Senex verus, severioris Chirurgiæ restaurator & cultor, factâ toties Tui, dum hyberna apud eum agerem, illustriumque judicii tui κειμηλίων mentione honorificâ. Animus quidem erat, Te insignem Musarum Mecœnatem in luculentioris operis reservare editionem; quam tamen animi mei promtitudinem differre nullatenus potui, duplici ratus nomine Tibi gratiorem, cùm bis dare dicatur ille, qui citò det. Sunt etenim penes me pleraque Excell[mi] Severini manu-
 scripta,

ſcripta, quæ jam publicæ apparata ſunt luci: inter cætera abſolutiſſimum Chirurgiæ efficacioris opus, à commodiore elegantique ulcera, vulnera, aliosque corporis tàm internos quàm externos curandi morbos, qui ancipitem licet ſanitatem rèddant, pertractandi ratione ab Hippoc. Celſo, Aëtio, cæterisque medicorum Principibus traditâ nobilitatum. Democritæa hanc excipit Zootomia, ſagaciſſima Viri hoc ſeculo paſſim decantati indagatio, Anatomica ſcil. opificii animantium organici membrorumque ſuorum actionis & uſus universi contemplatio, à primo Democrito diligentiſſimè exercitata, quo, promitto cum Experientiſſimo Romano, incurabilium medico, opere ad ἐνέργειαν Anatomicam nil videris optaverisve præſtantius. Adſunt elaboratiſ-

ratiſſima in pleraque Hippoc.Celſique opera commentaria, aliaque quædam ſcripta cedro profectò digna,ob materiam Jaſſolini, Magni ejus Præceptoris reliquiis confinem adjungenda,quæ certè,ſi nõ omnia, plurima tamen hactenus typis data fuiſſent, niſi temporum iniquitas remorata fuiſſet, unde Germaniæ haud ſananda peſtis, Italiæ refricatum ulcus, Gallis renovata lues, imò univerſus hoc contagio contaminatus orbis adoptato Bellonæ conſortio Muſas ubivis indigniſſimè ſede protelat ſuâ. Hos autem aliosve, ſi qui obtigerint, Syrenios verè ſcopulos pro virili evitare conabor,nullum vel laborem aut moleſtiam ſubterfugiens,quin omnem moturus lapidem, ut prælo quam maturrimè illa omnia ſubjiciantur. Contigit hæc mihi præ cæteris felici-

tas,

tas, ut hanc apud tantum Virum impetrarem fidem, cui chariſſima ſibi, quæque in gemmarum & emblematum cenſu habere ſolet, locupletiſſimos quippe ingenii fœtus committeret; cujus mihi gratiam conciliavit amicum, quod per aliquot tempus ei mecum interceſſit contubernium, dulcisque converſatio, quin ipſemet ejus animus non mihi ſaltem, verùm & aliis omnibus priſcâ fide inter cæteros præſtantibus Germanis obvius. Hos mihi, verba ejus adfero, patres, fratres, cognatos jã dudum optavi: Hos amplector, exoſculor: Hos corde & ſenſis intimis gero. Viri ſunt omnes ex meo voto ſimplices, candidi, recti, virtutum & ſapientiæ cultores, amicorum obſervatores, fideles, æqui, philoponi, & ſi ſtudioſos & literarum amicos diſcreveris, nullis popu-

populis aut gentibus ſecundi. His nimirū cauſis factum eſt, ut ego, qui literas & vitæ ſimplicitatem & exercitationem in bonis artibus amo & colo, nonnihil veſtrorum hominum gratiam iniverim promeruerimque: de quâ quidem meâ bonâ ſorte perennes & διακάρδιοι ſunt litationes & gratiæ Deo authori Opt. Max. Hoc eximium noſtræ gentis encomium, quod ex facundiſſimo ejus excepi ore, eò æquiùs Maximo huic Viro acceptum referimus, quô Inclytum ejus nomen ob divinas res geſtas ſcriptasque æterno dignius judicamus trophæo.

Sed quid diutiùs in evehendis Aurelii noſtri virtutibus occupor, quas leviter attingere aut ſaltem adumbrare volui, cum penitus depingere nequeam: neque

tamen

tamen fas piumque censetur ἐδὲ πάρεργον Summa venerari Numina. Quod verò aliorum Tibi offerā libamina, Amplissime Zacchia, me imitatum Themistoclem reputabis, qui non cum suâ, sed Regis prole animum ejus ab offensâ sibi pristinâ reconciliavit. Mea immatura, si quæ exirent, amaritie ingrata forent, itaq; gratioribus aliorum ad comparandā gratiam nunc utor. Hanc indulge intimiùs Te amanti, reciprocoque mutui adfectûs calore me fove, meumq; hunc boni consule ausū. Hujus si me voti cōpotem feceris, hoc si me dignatus fueris honore, adamantino Tibi me antehac ad obsequia quævis paratissimū devincies vinculo, obligatumq; tenebis, donec

*animam moribundo è corpore fundam.*

*Benè & feliciter vale. Scripsi Norimbergæ Cal. Maji* A. CIϽ IϽC XLIV.

*Ioh. Georgius Volcamerus D.*

*Ad Tractatum*

de

# INDA CHOCOLATA,

*Quem Munere CL.V.*

MARCI AURELII SEVERINI

publici juris facit

*JOANNES GEORGIVS VOLCAMERVS.*

Anagramma:

*RES NOVAS MANV VELOCI OGGERIS.*

Phaleucium.

*Per ventos celeres patere Nereo*
*Orbem novimus: En Cubile Phœbi*
*ntat Cymba volubilis, (stupendum!)*
*Quasi Solis in æmulationem:*

*nec*

*nec quosdam haud-habitabiles recesſus*
*lignum ſollicitat; ſed univerſum*
*transcendit facinus, novasq́ merces*
*confert Africa, & uſta Sole Tellus.*
*VOLCAMERE bonâ favente Hygeiâ,*
*hinc nobis quoq́ Tu MANV NOVAS RES*
*VELOCI OGGERIS. Vrget ÆſculapI*
*Gens & Natio multa Pharmacorum,*
*ut ſumptu, ſtudio, eruditione*
*Sic ſeclo benè conſulas futuro!*
*Sic nobis benè conſulas Tibiq́!*

jucundiſſimæ Amicitiæ teſtandæ ſtudio adornabat

*Georg-Philippu*
*Harsdörfferus*

Bene

# Benevolo Lectori.

MAxima pars hominum est, qui Chocolatam hoc tempore absq; omni consideratione in potu
surpant, ut non solùm in Indiis, qui-
us suos hæc debet natales, verùm et-
m apud Italos, Belgas & Hispanos,
aulâ præsertim Regiâ communis &
ulgaris habeatur sitq; potio. Verùm,
m plures esse animadvertam, qui
dubium vocârunt, anne illā assu-
entibus obsit, an prosit: (complures
im existimant, eam meatuum alvi
angustiam parere; corpus pingue &
habile reddere; fervorem hepatis
citare, & fomitem qs. incendio suf-

 fice-

*ficere: Nonnulli contrà eunt, mordicusq; defendunt, illam stomacho maximè esse proficuam, & quovis quidem tempore, etiam calente Syrio) Idcircò non abs re duxi, pluribus hoc opusculum elucubratum vigiliis voluptati atque emolumento Reipublicæ exponere. Demonstrare igitur conabor, quomodo hæc potio ob rerum, quæ admiscentur, diversitatem, ut cujusq; utilitati & gulæ inserviat, præparanda sit, ubi talia poterunt addi, quæ corporis cujusque ægritudo sibi vindicare videbitur. Neminem hucusque de hoc potu scribentem videre licuit, præter quendam nescio quem, Marchenensem, Auhorem in re medicâ satis probatum, qui ex vulgi duntaxat narratione, uti ejus scripto abundè testatur, loqui videtur. Meatus etenim uteri Chocolatam constringere arbitratur, quòd frigidi sicciq; sit temperamenti: Quæ quidem ratio cùm nihil pon-*

*ponderis habeat, ut absterreantur illi, qui hoc fatigantur morbo, ac si illius potione uti nequirent; mearum mihi videtur esse partium, argumentis atq; rationibus Physicis proficuæ hujus atq; perutilis plantæ adversus omnem, quisquis etiam fuerit, saluberrimum hunc potum proscindentem tueri virtutem. Advertendum tamen est, quid cuique conveniat; quid in componendâ requiratur maßâ, quantum denique potionis pro naturæ facultate viribusque hauriendum sit. Quapropter quâ potero brevitate, opus hoc in quatuor capita & veluti puncta dispescam, dicturus 1. quid Chocolata sit, quæ ejus natura, quæque ad illam conficiendam conveniant: Addam præterea Marchenensis Authoris præscriptionem, quâ suam ille sententiã exposuit: 2. de qualitatibus ex simplicium ingredientium permistione emergentibus: 3. quid in illâ permistione observan-*

 *dum*

*dum ſit, & quot modis natio Inda Chocolatæ potum præparet atque adhibeat: Tandem de ejus quantitate, à quibus, quo tempore, & quomodo ſumenda, ſermonem inſtituam.*

## CAP. I.

PRincipio radix hæc *Chocolata* nomine ab Indis indigitatur, quam quidem nos Latino idiomate Confectionem diceremus, in quâ præ cæteris, quæ ad illam conficiendam cõgrediuntur, præcipuum veluti fundamentum priorem locum habet *Cacacius*, de cujus naturâ & qualitatibus ut differam, inprimis oportet. Ad communem proinde omnium sententiam *Cacacium* frigidum atq; siccum in gradu intenso esse dico. Et quamvis unumquodque simplex quatuor naturâ elementorum qualitates in actione & reactione, quam in seipso experitur, continere verum sit, oritur tamen exinde quædam alia distincta qualitas, quæ dicitur complexio. Hæc autem non semper una est, eodemque remanet modo in omnibus mixtis, sed immutari possunt quatuor illa simplicia, & una qualitas exuperat. Sic verò quatuor fuerint compositæ, quando duæ Symbolæ prædominantur qualita-

tes; alia verò, quam vocamus ad pondus, tunc resultat, cùm omnes dictæ qualitates stant in ęquilibrio, vel in pari mẽsurâ in æquali gradu. Ex dictis *Cacacii* constat complexio: Duæ quippe ejus qualitates obviæ sunt, siccitas videlicet atque frigiditas, quæ substantiam, cui inhærent, constringentem reddunt, corporisque meatus obstipantem, juxta terræ conditiones. Cùm itaque mixtum, non autem simplex sit elementum, necessariò sequitur, habere id partes elementis aliis respondentes; ac præcipuè complures habere videtur aëris elemento similes, ut sunt humiditas & calor, quæ in partibus bituminosis & viscidioribus insunt: quandoquidem multùm pinguis crassique humoris è *Cacacio* extillat, quod ipse meis oculis in Indiis vidi, dum eundem ad asperitatem oris leniendam colligerent fœminæ. Contrà verò objicies: Duæ qualitates contrariæ diversæque naturæ non possunt esse simul in gradu intenso in eodem subjecto: Sed siccitas & frigiditas in *Cacacio* sunt in gradu intẽso: Ergo repugnat, posse in eo inesse qualitates omninò supradictis contrarias, quales sunt calor & humiditas.

Pri-

Prima propoſitio non indiget expoſitione; libenter enim à communi Philoſophorum conſortio recipitur: ſecunda ab omnibus conceditur illatio, dependens ex formâ.

Fateor, argumentum hoc plurimùm faceſſere negotii Authori Marchinenſi, qui rationibus illis adductus videtur ad aſſerendum, eſſe in *Cacacio* calorem humiditatemque in gradu intenſo, cùm pariter in illo ſit ſiccitas & frigiditas,

His tamen non obſtantibus dupliciter reſpondetur: Ac primò; nunquam expertus eſt Author nominatus nec unquam vidit à *Cacacio* pinguem emanare humorem. Quid? quòd, quando *Chocolata* conficitur, *Cacacius* in pulverem redactus frequenti ictu pinſitur, uſque dum iterum conſolidetur, inque maſſam excreſcat, quod fit abſque ullius alterius rei admiſtione: Id verò non eveniret, niſi aliquid bituminoſi atque tenacis in eo eſſet humoris, aëris elemento reſpondens.

Reſpondetur ſecundò à priori: *Cacacium* diſſimilibus diverſiſque conſtare ſubſtantiis. Quapropter aliæ craſſiores ſunt, aliæ verò non item: In his au-

tem calor & humiditas reperiuntur, in illis verò ſiccitas & frigiditas.

Arduum tamen videtur, ac præter fidem, in uno *Cacacio*, qui tam exilem tenuemque ſubſtantiam ſortitus eſt, plures easque diſſimiles eſſe poſſe formas. Sed ut clariùs hæc noſtra probetur opinio, dico I. Hoc idem nos experiri in *radice Ponticâ*, quam R*heubarbarum* appellamus. Habet enim illa partes aliquas igneas, quæ alvum cient, nonnullas verò frigidas, quæ conſtipant. Hinc illa virtus vires reficiendi amiſſas, medendique inteſtinorum lubricitati.

Eodem ferè modo ſe res habet in chalybe, quem ſi contemplemur, gravem primâ facie deprehendemus, ſpiſſum, frigidum, ſiccum, atque adeò fateri cogemur, illum nil prodeſſe obſtructionibus, imò maximè nocere, quòd ſi verò ejus naturam altiùs inveſtigemus, à Medicis optimè conſultum obſervabimus, dum ad relaxandas alvi obſtructiones felici cum ſucceſſu præſcribitur. Quæ quidem difficultas ſolvitur ex eo, quod etſi chalybs habeat partes terreas conplures, habet & partes ſulfuratas, vivi-doque argento gravidas, per quas aperit ſibi quodammodo viam, atque mea-

meatuum clauſtra perfringit, alvumq́; ſubducit. Atqui id fieri ſine arte magiſtrâ non poſſet. Nam dum chalybs duro molitur lapide, limâque comminuitur, dum minutatim conciditur, dum tenues attenuatur in pulveres, particulæ iſtę ſulfureæ Mercurioque vivo impregnatæ, quæ vehementer agunt, ſeſeque penitiùs inſinuant, cum terreis atque tenacioribus illicò partibus miſcentur, ut permixtione hâc factâ ampliùs dici nequeat, chalybem eſſe conſtipantis naturæ: Imò oppoſitum mihi perſuaſum habeo, illum incidentem nactum eſſe, attenuantem diſſolventemque facultatem.

Confirmatur hæc ſententia I. authoritate Galeni *l.3. de fac. ſimpl. medic. c. 14.* ubi docet: Pharmaca omnia, quæ ſenſui ſimplicia videntur, naturaliter eſſe compoſita, ac proinde qualitates habere contrarias, ut ſunt expellere & retardare, extenuare & pinguem reddere, rarefacere & conſtipare: Neque mirum id videri debet, quandoquidem in omnibus mixtis inſita quædam virtus eſt calefaciendi & refrigerandi, unà cum qualitate caloris & ſiccitatis: & in quolibet medicamẽto reperiuntur par-

tes quà crassæ, quà tenues, quà raræ, quà densæ, quà duræ, quà molles. Et ibidem *cap. 15.* Exemplum adfert de pullo gallinaceo, cujus caro vim habet sanguinis impetum cohibendi, jus autem utero nocet.

Confirmatur hoc præterea exemplo laridi, quòd lotum nullam penitus virtutem dissolvendi habet, vel ad summum illa, quæ ei superest, debilis est, parvique momenti: Quid verò in *cap. 17.* in quo idem probat similitudine lactis? Lac enim plures habet substantias, videlicet casei, qui alvi meatus comprimit, & seri, quod est solutivum, ut idem Galenus affirmat, *l. de fac. medic. cap. 1.* Eodem ferè hoc pacto patet in musto, quod in diversas dividitur substantias; scil. in terream, qualis est fex, in tenuam, qualis est spumeus ille flos meri, & in substantiam vini, quæ dissimiles habet ab aliis qualitates atque virtutes, tàm in colore & gustu, quàm in reliquis accidentibus.

Aristoteles *l. de Mat. c. 5.* agens de putrefactione invenit easdem substantias, & in *capite* quoque secundo, quæ curiosus lector evolvere poterit.

Itaque secundùm Galeni atque Aristote-

ſtotelis ſententiam dantur diverſæ omnino ſub eâdem formâ ſubſtantię, quę opinio eſt valdè probabilis rationique conſentanea; ſi perpendamus, ab unoquoque alimento, quamvis ſimpliciſſimo, oriri in jecore humores quatuor, non ſolùm ſecundùm diverſas temperaturas, verùm etiam ſecundùm ſubſtantiam, quæ plus minusve humorũ procreat, juxta partes eidem ſubſtantiæ reſpondentes: ideoque morbi, qui frigidam ſortiuntur cauſam, calidis alimentis curantur, & econtra.

Ex quibus exemplis & nonnullis aliis, quæ afferre poſſem, colligitur, quòd dum molatur *Cacacius*, partes ejus diſſimiles inter ſe intrinſecè commiſcentur, atque adeò partes aqueæ calidæq; cum terreſtribus frigidisque permixtæ (uti de chalybe diximus) eas comprimunt redduntque non adeò tenaces, ut antea, ſed cuncta æquali quadam mediocritate coguntur, quæ aëris potius calore humidoque ſeſe conformant, quàm ſiccitate terræ, ejusque frigiditate: Vti videre eſt, ſi *Cacacium* diſſolvimus in potu; vix etenim verſatili agitatur molâ, illicò ex eo ſpumeus craſſusque emanat liquor. Hinc facilè colli-

ligere possumus, quantas ille butyrosas habeat partes. Ex quâ doctrinâ etiam conjicio, Marchenensem deceptum Authorem, qui agens de *Cacacio* existimavit illum uteri adstringere meatus; quasi verò tali adstrictioni nullum accederet temperamentum, dum *Cacacii* qualitates inter se uniuntur mediâ partium contritione, ut dictum est. Multa insuper eidem, quibuscum suapte naturâ immiscetur, insunt ignea, quæ necessariò incidere atque reserare debent corporis meatus, non v. præcludere. Et quidem ad id probandum sapientissimorum hominum suffragia & aliena proferre exempla præter illa ipsa, quæ eodem in *Cacacio* videmus, supervacaneum fuerat. Hic etenim nisi molatur, ut dixi, in *Chocolatæ* potione conficiendâ, sed, dum maturescit in fructũ, præmansus deglutiatur, ut mulierum in Indiis mos est, alvum obturat, obstructionesquê parit difficillimas. Idque exinde oritur, quòd interior ejus substantia solâ dentium incisione non exactè comminuitur perfectèq; commiscetur: Requiritur enim artificiosa contritio, sicuti superiùs innuere visi sumus. Primorum aut Philosophiæ rudimento-
rum

rū meminiſſe debuiſſet Author noſter, n quibus docetur, nullam habere vim llationem illam, quæ deducitur à dicto ecundùm quid ad dictum ſimpliciter. Quis enim adhuc auſus eſt dicere, eſt lbus ſecundùm dentes; ergò eſt albus impliciter. Poteſt namque aliquis canlidos dentes habere, cæterà niger eſſe. Eodem pariter modo nō valet abſolutè roferre, *Cacacius* obſtruit alvi meaus; igitur medicata potio, quæ ex illo æterisq; ingredientibus componitur, undem pariet effectum.

Adeò exilis ac tenuis eſt arbor, quæ ructum hunc gignit, tamq; torrida tellris iſtius eſt temperies, in quâ naſciur, ut, ne Solis æſtu conficiatur, alias i conſerere plantas neceſſe ſit, quæ u- excreverint in arbores, *Cacacium* ſerent, ut è ſolo ſurgens nativo ſub illam ſe condat umbrâ.

Porro fructus ejus nunquam Cœli inemētiæ expoſiti, nec ſine cortice proeniunt, ſed vel deni vel duodeni in curbitulâ quâdam incluſi, quæ maitudine, formâ atque colore ficum æulari videtur.

Duplex *Cacacii* genus reperitur; prium vulgare eſt, violacei coloris vergen-

gentis in purpuram. Alterum laxius est ac majus, *Faxlaxta* dictum, atque hoc ad albũ proximè accedit colorẽ, siccæ naturæ, somnumque fugat: idcircò vilioris est pretii, infimumque tenet locum. Sed hæc de *Cacacio* dixisse sufficiat.

De reliquis autem, ex quibus *Chocolata* conficitur ingredientibus solliciti complures inter se concertant. Alii enim *nigro utuntur Pipere*, quod cùm calidum & siccum sit, nemini prodesse poterit, nisi quibus jecur est frigidius. Hujus quoque sententiæ affecta est artis Medicæ Professor insignis in Mexico, quem (uti probatæ fidei Vir mihi retulit) id expertum perhibent in hepate vervecino, cujus partem unam *Pipere* circumspersit, alteram verò *Ciele*. Exacto naturalis diei spacio pars *Pipere* aspersa, macie confecta atque arida reperta fuit, altera verò, quæ *Cielem* experta fuit, intacta & illibata apparuit.

Ejus de Marchena doctissimi Viri sic se habet descriptio. Sumantur *Cacacii 10. libræ, una Sacchari cum alterâ dimidiâ. Cinamomi unciæ duæ, Piperata cornicula, seu Cardamoma, 14. Semiunciæ Caryophylli aromatici, vel Anisum duorum*

*rum Carolenorum ponderi respondens. Aceotes, quantum satis est ad colorem dispergendum. Addunt insuper alii Amygdalas, expressamq; è mali medici floribus aquam.*

Verumenimverò ut de hac descriptione dicam, quod sentio, primò sciendum est, quòd non omnia possumus omnes, ideoq; eadem diversimodè re uti debemus. Neque enim, qui eodem laborant morbo, idem adhibent medicamentum, eodemque modo, sed vel addendum nonnunquam est aliquid, nonnunquã verò detrahendum, ut cujusq; necessitas, temperamentum ac vires patiuntur. Et si tunc Saccharum admisceatur, cùm bibitur, non repugno; si, quantum satis est, adhibeatur. In orbiculos præterea à Mexicanis mulieribus effinguntur *Chocolata*, eaque in tabernis venalis exponitur. *Aromaticis* verò *Cariophyllis*, quos Author commemorat, non utuntur ii, qui haustum *Chocolatæ* præ ceteris æstimant, rati fortassis eos, etiamsi oris graveolentiam tollant, alvum adstringere, vi carminis:

*Fœdorem emendant oris Caryophyla fœdum,*
*Constringunt ventrem, primaq; membra juvant.*

Quo-

Quoniam itaq; alvum obturant ( ſint licet calidi in tertio gradu ) cavendum ab illis eſt, quamvis prioribus proſint membris, in quibus concoquitur cibus, ſtomacho videlicet atq; hepati, uti verſus docent.

*Campeſtres Vainiliæ* pulcherrimæ ſunt & *Fœniculi* odorem ſpirant; iisq;, quòd nimirum calidæ non ſint, utimur. Neq; tamen *Aniſum* excluditur (ut Author ipſe monet) quo ſine *Chocolatæ* nō diluitur potio, cùm ob plurimos morbos utiliſſimum ſit, qui à frigidâ oriuntur cauſsâ, cùmq; tertium caloris gradum excedat, itaque *Cacacii* frigiditatem temperat, & multùm prodeſt, uti ſubjecti demonſtrant verſus :

*Morboſos renes, veſicam, guttura, vulvam,*
*Inteſtina, caput, cumq; liene jecur*
*Confortat, variisq;, Aniſum, cum ſubdita morbis*
*Membra, iſtud tantam vim leve ſemel habet.*

*Aceotem* in eâ quantitate, quâ Nux avellana eſt, exiguam nimis dixerim: Neq; etenim maſſæ univerſæ colorem conciliare poterit, itaque addi ejus ſufficiens poteſt quantitas ad artificis arbitrium.

Nec

[N]ec reprehenderim eos, qui *Amygdalas,* [N]*ucesq́ avellanas* adhibent; Meliores [en]im *Maico Pancoiq́ sunt,* ideoque in [C]*hocolatæ* potione conficiendâ eas ad[m]isceren, quòd præter ea, quæ diximus, mediocriter calidæ sunt, tenuemq́; [h]abent humorem. Non autẽ virides esse [d]ebent, ut Poëta monet:

*[D]at modicè calidum, meliusq́ Amygdala succum,*
*Et tenuem inducunt non mala damna nova.*

[A]*vellanas nuces* rejicere non auderem, [q]uoniam ejusdem ferè cum *Amygdalis* [te]mperamenti sunt, quamvis ficciores [ta]m sint, viciniores sunt temperiei bi[bu]lsæ: Tostæ v. sub calido cinere alvum [sto]machumq́; valido firmant robore. Si [vo]lueris proinde vapores ab utero ha[ben]tes avertere, hunc in conficiendâ [Ch]ocolate observabis modum ad men[tem] Poëtæ:

*[Al]lis Avellanam sequitur, sed roborat alvum,*
*Ventris & à fumis liberat assa caput.*

[Il]la proinde plurimùm prosunt, qui fla[tib]us ab hypochondriis ad cerebrum [asc]endentibus divexantur, undè turba[ta i]nsomnia peiversaq́; phantasiæ actio redun-

redundat. His cum non conſentior, qu
*Panicum Chocolatæ* immiſcent, bilio-
ſum enim gignit humorem, uti clar
Poëtæ verba ſonant:

*Craſſa melancholicum præſtant tibi Pa-*
*nica ſuccum,*
*Siccat, ſi ponas, membra gelantq́; foris*

Flatuoſos inſuper gignunt morbos, ve-
rùm utuntur illo ad augendam ſalten
*Chocolatæ* quantitatem, unde majoren
ſibi quæſtum eliciunt.

*Cinamomum* calidum ſiccumque eſ
in 3. gradu, facitq́; ad ſtomachum & rê-
nes, nec non iis, qui frigidos patiuntu
morbos, conducit : quin etiam oculi
& cordi prodeſt. Nam

*Commoda & urinæ Cinamomum, & re-*
*nibus affert,*
*Lumina clarificat, dira venena fu-*
*gat.*

*Aceotes* qualitates ſunt incidentes ex-
tenuantesque, uti doctiſſimorũ plero-
rumq́; Virorũ in Indiis experientiâ con-
ſtat. Quòd ſi enim in reſpirandi me-
jendique difficultate humores craſſo
& lentos attenuandos cenſent, *Aceoten*
medicamenti loco præſcribunt. Qua-
propter obſtructionibus in univerſum
convenire judicârim, tàm in pectori
dila

latandis anguſtiis, quàm oppilationi-
ıs uteri reſerandis. *Chiles* quatuor ge-
ra ſunt; primum eſt *Chiltecpin* nomi-
ıtum, palatū ſuaviori guſtu inficiens.
terum *Ionalchieles*, qui temperati in
lore, & veluti cæterorum fructus, unà
m pane comeduntur, amari nonnihil
oris habent, ſolumq; nativum non a-
oſcunt aliud, præter lacum Mexica-
ım. Reliqua verò duo *Chilpatılaqua*
ıncupari feruntur. Differunt *Chiles*
i à ſuperioribus, frequentioreſq; ha-
ntur.

Addam præterea nonnulla alia, quæ
*ocolates* potionem ingrediuntur: Hęc
nt celebriora, *Mecaſuchil, Vixacaxtei*,
æ idiomate noſtro *Oreivele* dicun-
r, & ſunt flores aromaticum calidum-
e exhalantes odorem. Porro *Meca-
hil* vim habet laxandi alvum, ideoq;
eo prævium medicamentis poculum
ncinnare ſolent Indi. Miſceri ejus
co quoq; poſſent frumentacea, ut mos
ud Hiſpanos eſt, in maſsâ. Si quis
rò uteri meatus aperire velit, pulve-
n *Roſæ Alexandrinæ* adſpergat, atque
aque ſimul cogat. Talia atque ſimi-
in medium proferre, nō abs re duxi,
quiſque ſibi gratiora magiſque pro-
ficua

ficua eligere possit, secundùm ægro corporis naturam.

## CAP. II.

NOn inficior equidem, quo verum licet fiat, calidio pleraque *Cacacii* commisti nem ingredi, ejus tamē quan titatem cæteris majorem esse ingred entibus, eaque superare omnia. Hin illi⁹ frigidior temperies aliorum calo temperatur, communicatâ singulis pa tibus hac intimæ ejus substantiæ qual tate; adeò, ut ex actione illa & reactio ne partium (quod in contrariis medica mentorum qualitatib⁹ ad certam quan dam temperatamq; διάθεσιν redact adparet) *Cacacii* frigidorum & cal dorum ingredientium *Chocolata* ipsa e mergat tēperatæ facultatis, aureæ quo dammodo mediocritatis limites attin gens. Quod experientiâ rationibusqu comprobare poterimus. Experienti quidem, positis illis, quæ à Galeno dict sunt, medicamina quippe omnia tem perata calorem frigidi communicare frigiditatem verò calido cuique tribue re, id quod rosacei aceti exemplo con firmat

mat: Ego etenim ipse motus iis, quæ
Indiis fieri solent, cum illuc pervenis-
n, ægrotantiumque domus aëris ca-
e ferventes percurrerem, aliquando
ıstum aquæ petere solitus vitales
cinguendi faces gratiâ, Indorum sua-
*Chocolatam* siti compescendæ conve-
ntiorem bibi, sæpiusque id factum
iebatur exinde ardens bibendi de-
erium, etiamsi jejuno assumsissem
ıtriculo, stomachi tamen vires refe-
s sentiebam.

Rationibus idipsum quoque proba-
Demonstravimus jam, non omnes
*acii* partes frigidâ constare qualita-
Complures siquidem in eo butyro-
statuimus partes, quas calidioris esse
.peraturæ manifestum est. Hinc etsi
um sit, *Cacacium* quantitate cætera
edere ingredientia, illius tamen par-
iigidiores calidioribus coadunatæ
nduntur, quodammodo, atq; vim
n pristinam, remissam licet, viden-
etinere. Vnde enervatum partium
robur tam sedulâ illius contritio-
quàm reliquorum ingredientium
ditate secundum vel etiam tertium
ngente gradum, facillimè ad medio-
tem inclinat: Simili prorsus ratione,
quã

quâ duo ſecum ipſis manus manib⁹ in
miſcent, quorum alter algentem frig
re, alter verò calore ferventem objici
ſuas ſibi mutuò qualitates imprimun
adeò, ut neuter cum primâ illa man
conſtitutione diſcedat, ſed uterque m
deratâ content⁹ temperie. Eodem pa
ter modo ii, qui ſe in gymnicis exerce
ludis, integris initio viribus certam
aggrediuntur: poſtquam verò continu
niſu atque impetu imminutæ pugilu
vires defecerunt, utriusq; debilior vi
tus eſt. Docet id Ariſtoteles *l. 4. de ge*
*Anim. c. 3.* ubi agentem, inquit, qu
dammodo etiam pati, non ſecus ac ill
qui calefacit, infrigidatur, quique im
plet, aliquo modo impletur.

Hinc facilè colligo, non ſtatim, 
*Chocolatæ* compoſitio facta eſt, illâ n
uti conferre, ſed poſt aliquod dies, el
pſo ſaltem jam menſe. Hoc enim ten
poris intervallum requiritur, ut co
trariæ ingredientium qualitates infri
gantur, atq; in convenienti mediocrit
tis termino conſiſtant. Primò namqu
unumquodq; contrarium conatur pro
ducere ſuum effectum. Natura verò n
patitur uno eodemq; tempore calefi
ri ſimul & frigefieri. Hinc etiam em
n

at ratio, cur præceperit *Philonium* Ga-
nus *l. 12. Meth. 4.* non adhiberi ante
nnuũ curriculum, vel pręterlapſis ſal-
m ſex menſib⁹. Ejus etenim commix-
o fit ex Opio, quod frigidũ eſt ut qua-
or, & ex aliis rebus, quę calidæ ſunt
tria. Vſus ipſe hanc probat opinio-
m, quem deprehenderunt ii, quibus
*hocolatæ* potu vires redditæ fuêre
lidiores, qui omnes uno faſſi ſunt
e, illâ ſe magis adjutos, quæ multis
hinc menſibus confecta eſſet: contrà
æ recenter diluta fuiſſet, eis ſtoma-
um perturbaſſe noxiamque extitiſſe,
ere. Cui & ego ſubſcribo ſententiæ,
nſiderans partes illas butyroſas à ter-
*Cacacii* naturâ non ita facilè poſ-
ubigi: quod clarum eſt ex eo, ſi, ut
eriùs innuam, *Chocolatam* hauſturi
i adponunt, dum calefiat, calore u-
ue iſto craſſus ejus ſeparatus humor
machum diſſolvit.
n hoc tandem capite ſtatuo, *Chocola-*
non adeò frigidam eſſe, ut *Cacacii*
iditatem exæquet, neque adeò cali-
n, ut cæterorum ingredientiũ quali-
bus par ſit: Sed mutuâ horum actio-
& reactione moderatam acquirere
peraturam, quę frigido calidove
emo-

emolumentum afferat ventriculo, ſi n
nimiũ adſumatur, uti inferiùs monebi
mus, & transacto ſaltem unius menſi
curriculo, uti ſupra demonſtratum fuit
Equidem ignoro, an ullꝰ quispiam, qu
vim *Chocolatæ* expertus, ſi eo, quo dixi
mus, modo ſingulis accommodata in
dividuis pręparetur, inveniri poſſit, qu
eam rejicere audeat : pręſertim, cùn
illa adeò frequens jam ſit, ut me
dicamenti loco omnium qſ. non in In
diis tantùm, verùm etiam in Hiſpania
Galliæque regionibus ſaluti conſulat
Fragili ſanè fundamento Marchenenſi
nititur authoritas, dum jecur obſtruer
*Chocolatam* aſſerit. Si hoc eſſet, utiqu
corpꝰ junceum redderetur: Sed pingu
illud & lacertoſum reddi, experienti
docet, quam rationem examini paul
inferiùs ſubjiciemus. Atque hæc de prę
ſenti articulo.

## CAP. III.

CVm in primâ parte de *Choco*
*lata* definitione, deq; *Caca*
*cii* qualitate & reliquis in
gredientibus: In alterâ ver
de temperamento, quod ex ipſorun
commiſtione emergit, diſſeruerim; reli
quun

uum nunc eſt de modo eadem miſcen-
i diſcurrere. Primò autem meliorem
tq; commodiorem ex iis, quæ ſe mihi
fferunt, ejus deſcriptionem in medi-
m proferam, quamvis communem o-
nibus preſcribere modum, uti dixi,
on liceat, iis potiſſimum, quibus ſe-
ior valetudinis ſtatus eſt; Illis tamen,
i incolumes agunt, hæc prodeſſe
terit, ut nimirum (quod in primi ca-
tis calce monuimus) ea ſeligant & ad-
iſceant, quę his illisve ſubjecti cujus-
m partibus commodo eſſe poſſunt.

Deſcriptio ſic ſe habet. *Centenis
ibusq; Cacacii Chiles duo miſcentur,
os majores eſſe diximus, Chilpatlaqua
catos, vel præhis Indiarum Chilis ac-
i poteſt Hiſpanorum Piper, omnibus
jus atq; calidius. Recipe dein tantum
iſi, quantum manu capere potes, Ori-
las, quæ Dinataldides nuncupantur,
; duo Mecaſuchil: Et niſi alvi anguſtia
mat, Alexandrinas roſas in pulverem
actas, item Vainiliam unam, Cinamo-
uncias duas, Amygdalas duodecim,
deq; Nuces avellanas, mediã Saccha-
bram: Aceotes verò, quantum ſatis
ad hæc omnia conglacianda:* Verùm
nnia ex Indiis haberi nequeant, alia

in locum eorum substituantur ingredi
entia.

## *Methodus conficiendi.*

*Cacacius* cæteraq; ad mixturam han
pertinentia pinsuntur lapide quodar
*Metatis* nomine dicto, ad hujusmodi u
sum excavato; animadvertēdum auter
est primò, ut omnia, quò meliùs frang
possint, antè coquantur ingredientia
prȩter A*ceotem*. Secundò, ut diligenti
adhibeatur, ne adurantur, nigrumqu
contrahant colorem; aut nimioq; ac
mota calori insitam suam exhalent vi
tutem, amarumque acquirant saporen
Prȩcedunt in comminutione *Cinam*
*mum* & *Chile*, quȩ simul cum *Aniso* mo
luntur; postremo autem loco *Cacaci*
ipse, qui paulatim confringendus re
stat; singulis quippe vicibus, quoti
quòd de eo molæ subjicitur, circum
gatur lapis, ut faciliùs dissiliat, mel
ùsque conteratur: deinde in ahenu
post *Cacacii* comminuti ingredientiu
pulveres injiciuntur, qui lignea quac
spatha eidem permiscentur. Coacta i
unum massa lapidi rursus subdita, c
subjectæ candentes fuerint prunæ, pe
quàm optimè diluitur. Cavendum t
men est, ne vehementior supponat
igni

ignis, ut butyrosus nimio calore effervescens humor effundatur. *Aceotem* velim *Cacacio* admisceas, ut cum eo molatur, coloremque meliùs acquirat: cæteri pulveres cribro, antequam confundantur, secerni debent. Sicut & *Cacacii*, cortices removeri longè melius est. Quòd si sufficiens facta fuerit contritio (quod videbitur, cùm nulla ampliùs putamina apparuerint) spathulâ massæ pars eximitur, quæ statim fundetur in orbem atque in arculas tunc reponitur: cùmque congelascet, dura consistit. Notandū autem hîc, *Cacacii* massam Papyro, seu latis arborum frondibus, quales sunt Platani, superimponendam esse, in quibus gens Inda dictos efformat orbiculos, vel saltem, ut dixi, Papyrus accipitur, si extēditur massa, duplicata, positaque sub umbra obdurescit: Duplicata deinde Papyro iterum exsiccatur: Papyrus etenim, quàm habet pinguedinem, attrahit. Si verò tabulæ infundatur, integra colligi atque reponi non poterit.

Duplici modo ab Indis assumitur, alio òque frequentiore, quo igni admota bibitur, *Acolle* immixtâ. Atque hæc olim potio in usu fuisse traditur. *Acolle*

vocant Indi maſſam ex *Mais* farinâ collectam, quam deinde *Chocolatæ* immiſcent. Vt verò ſalubrior ſit potantibus, exterior corticis pars, quæ flatus excitat, bilemque commovet, removetur, eaque ſaltem, quę melior ſanitatique conducibilior, remanet. Sed revertamur ex iis diverticulis ad ea, quę hactenus à nobis aliis occupatis intermiſſa fuêre. Referam novam, poſtquam apud Hiſpanos inclaruit, potionis methodum, quæ duplici ab ipſis fieri ratione conſuevit. Primo quidem modo diluitur *Chocolata* cum aquâ frigidâ, ſpumeusque ejus humor cuidam infunditur pollubro, id verò, quod remanet, igni admovetur unà cum Saccharo; Hoc poſtquam incaluit cum ſpumeâ illâ, à quâ ſejuncta fuit, iterũ cõfunditur parte, atque ita ebibitur. Alter autem modus vult calefieri aquam, & in vaſe repoſitam *Chocolatam*, quantum ſatis eſt, haberi, ſuperq; illam parum aquæ fundi, ac verſatili diſpergi molâ; tunc ſtatim, atque benè diluta eſt, reliquum calidæ cum ſaccharo in eâdem *Chocolatâ* diffundi & hauriri. Habetur præter hunc alius inſuper modus, qui talis: *Chocolata* aquę immerſa in fictili ad ignem

gnem coquenda, ut diſſolvatur; addendum dein ſaccharum, competensque quantitati *Chocolatæ* aqua, illaque iterum coquenda, donec butyroſus ſupernnatet cremor. Cavendum verò à nimio ignis fervore, alioquin humor iſte concitatus ebulliens foràs elabetur. Monitū tamen te velim, ultimum hunc modum, etſi gratiorem & dulciorem, non tamen adeò ſalutarem eſſe. Cùm enim pinguis ille liquor diſſolvitur, à terreſtri ſeparatur parte, quę fundum petit. Bilem proinde hic parit potus, stomachumq; afficit, nauſeam ciendo. Si placuerit frigidā potare *Chocolatam*, quam à præcipuo ingrediente *Cacacin* appellant; quo ad æſtum hepatis attemperandum utuntur, dilues *Chocolatam* in aqua, molæque verſatilis ſubſidio ſpumam elicies, quę magis augebitur, quò diutiùs *Cacaci⁹* ipſe comminuitur: Effuſam in aquali ſpumam paulùm repones; id, quod remanſit, miſcebis cum Saccharo ſupraq; ſpumam immittes, frigidamque potabis, Verùm hoc potionis genus ob nimiam, quâ prædita est frigiditatem omnibus conducere nequit. Experientiâ ſiquidem conſtat, ſtomachi dolorem eodem cieri. Quę detri-

menta mulieribus pariat, afferrem lubens, nisi brevitatis rationem haben: longiorem detractarem relationem. Similem ferè frigidam potandi *Chocolatam* habebis modum, qui talis. Addatur *Chocolatæ* dilutæ *Mais* tostę & in pulveres redactæ respondens quantitas quæ adinvicem benè permista spumeum dabunt liquorem, qui, perinde suprà dictum, frigidus hauritur.

Brevior & facilior præ cæteris inventus est modus ab iis, qui negotiis varii distenti moram pati non possunt, salubrior reliquis, & quo ipse utor. Aqua ad ignem calefacta *Cacacio* contrito cum Sacçharo affunditur, molâque versatili crebrò circumagitur. Hâc scil. vi spumeus ille liquor sive cremor pingui non, ut in cæteris fieri monstravimus separatur aut sejungitur.

## CAP. IV.

Reliquum nunc est extremo hoc loco pauca de quantitate *Chocolatæ* assumendâ, item de tēpore utendi, & à quibu usurpari queat, disquirere. Immoderatus enim cujuscunque potionis, sive *Chocolatæ*, etiamsi saluberrimæ usus da-

mnum adferre poteſt. Quid igitur mi-
um, ſi quis nimiâ *Chocolatæ* quantitate
ſus eam ceu meatus corporis obſtru-
ntem damnaverit? Quod in quovis
otûs genere palàm fit, ut qui nimio ſe
ino obruerit, non ſaltem calorem con-
ipit, ſed & frigidos exinde patietur
norbos. Natura etenim ſuperfluam il-
am quantitatem vel expellere, vel in
uam transvertere ſubſtantiam nequit.
ræterea, ſi quis nimiùm *Chocolatæ* bi-
erit, tanta ejus quantitas per totum
ubjectum ęqualiter diſtribui haud pot-
ſt; partes quippe ejus pinguiores ſi
raſſioribus hepatis venis adhæſerint,
eri nequit, quin illę obſtipatæ penitus
bſtruantur. Quapropter, ne tale con-
ngat incommodum, quinque vel ſex
*hocolatæ* uncias ebibi poſſe ſtatuo,
anè quidem ſub auroram, imò & tem-
ore hybeino.

Quod ſi corpus bilioſo ſcateat excre-
ento, in diluendâ illâ Endiviæ aquam
æ ſimplici eligat, quę cũ æſtivo quo-
ue tempore convenit ratio. Qui Phar-
aci loco eam adſumere cupiunt, dum
ſtructionibus tentantur, atque jecur
e calidum ſive frigidum experiuntur,
ccum ex radice Ponticâ expreſſum

huic addant. Verùm generaliter lc
quendo ſumi poteſt circa menſemMaj
tunc præcipuè, cùm dies ſereni clemen
tiori ſub cœlo decurrunt. Ardente au
tem Syrio Hiſpanis non concedo, ni
iis, qui longiori ejus uſu adſueti nullur
ampliùs ex hoc hauſtu incommodur
concipiunt. Poteſt namq; corpus quod
dam tam calidum eſſe, ut neceſſe habe
at eo tum temporis uti, dummodo En
diviȩ aqua admixta fuerit, quartoqu
quovis die, præſertim cùm ſtomach
debilitatem ſentit, bibatur.

Licet verò Indorũ hæc ſit potio pe
univerſum annum hauriri conſueta, et
ſi ipſa regio ſit calidiſſima, ſolum verò
Hiſpanorum æquè ferveat æſtivo tem
pore; tamen ad inveteratum illorum u
ſum reſpiciendum eſt; dein ad immo
dicum illic calorem nimiamq; humidi
tatem, quæ calori juncta corporis poro
atque meatus aperit, unde noſtra con
tinuò deperditur atque imminuitu
ſubſtantia, advertendum, quȩ præcipu
eſt cauſa, cur non ſolùm creſcente Soli
æſtu, verùm etiam quovis temporis ar-
ticulo hoc potu utantur. Inde verum
manet, quòd intenſo regionis calore na-
turalis noſter calor tranſpiret, atque
ille

ille potiſſimum, qui ventriculo cęteris-
q; viſceribus ineſt, ita quidẽ, ut quam-
vis aër circumfuſus calidus apprimè ſit,
ſtomachus tamen frigeat, atque adeò à
*Chocolatæ* potu juvetur. Id autem nõ ſo-
lùm de *Chocolata* intelligendum eſt,
( quæ, ſicuti probavimus, temperato
prędita calore)ſed etiam de mero,quod
per æſtivam æquè flagrantiam absque
noxâ haùriri poteſt,imò ſtomacho tum
temporis cõfeit. Contrà illi, qui aquam
hauriunt, maximũ ſuę valetudinis diſ-
pendium patiuntur, quod ventriculi
calor evocatus ſequiùs concoquit & di-
gerit, exinde ſexcentis expoſiti morbis
plurimùm periclitantur. Neq; aliquem
terrena moveat *Cacacii* portio, quę na-
turâ fundum vaſis petit, ab iisque, qui-
bus melior & ad ſubſtantiam corporis
noſtri cõveniẽs videtur, ebibitur equi-
dem, non tamen ſine nocumento. Præ-
terquam enim quòd illa ſubſtantia
terreſtris ſit & craſſa, adeoq; vehemen-
ter obſtruat, vim tamen bilem ciendi
inſignem obtinet, unde abſtinendum
ab iſtâ ſuaderem remanentiâ.

Supereſt tandem enodanda quædam
ardua & difficilis quæſtio, cujus & ſu-
prà mentionem feci, quî fiat, quòd*Cho-*

 *cola-*

*colatam* bibentes inpinguescant. Quòd si enim ea, quę ad potionem conficiendam assumuntur, omnia perpendamus, illa, solo *Cacacio* excepto, ad extenuationem corporis, quòd calida siccave sint tertio ordine, facere videbuntur. Verùm manifestæ jam sunt *Cacacii* qualitates palàm demonstratæ, frigidæ quippe siccæque, quæ etsi ad incrementum corporis inservire nõ posse cẽseantur, butyrosas tamen ejus partes, quas ipse expertus sum, pingue corpus reddere, calidas verò, quæ confectionem hanc ingrediuntur, pro vehiculo servire statuo, quò pinguis ista substantia ad jecur deferatur, ex hoc in cæteras dimanet partes, tandem ad remotiores carneas pinguesque demum derivetur, ibique similem sibi nacta substantiam, quæ calida humidaq; sicuti butyrosa illa, eandã transiens in naturam pingue illud reddit & adauget.

Complura ex uberrimo Philosophię fonte, uti & ex ditissimo Facultatis Medicæ promtuario proferre possem, nostro proposito faventia, quę cùm Academiis magis idonea quàm huic opusculo videam, lubens omitto. Vnum saltem coronidis loco addere libet, isti meæ, quam

quam propoſui, deſcriptioni commodè addi poſſe *Pepois Cucurbitæque ſemina* tenuiter attrita, quòd, quibus jecur calidius, renesque æſtuant, proſint: Qui verò jecoris obſtructione ejusque immoderatâ frigiditate laborāt, *Doratiliæ* pulverem immiſceant : Si quis odoris fragrantiam expetat, *Succinum Valentiamque* maſſæ adſpergat. Nec fruſtra erunt ſuſcepti labores, ſiquidē opuſculum hoc ad omnium voluptatem atque palatum fuiſſe crediderim.

## *Appendicis loco*

*Addere nonnulla in Chocolatæ favorem à diverſis propalata Authoribus è re fore viſum fuit, quorum ope in perfectiorem tàm ingredientium, quàm qualitatum ipſius cognitionem* Lector Benevolus *penetrare poſſit. Obſcuriorū quarundam vocum lucem ſequentia adferent; cæterorum verò (cùm confectione iſtâ ab Indis præparatâ gaudeamus, nec eandem moliri ipſi cogamur, neq; etiam ob ingredientium, quâ premimur, indigentiam liceat) formam atq; naturam cuivis indagandam relinquimus.*

*Arbor cui innascitur Cacacius ) Ind. Occid. part. 5. l. 2 c. 16.*

NIcarguam, novi orbis provinciam, non usque adeò magnam cùm subegissent Hispani, propter insignem, quâ excellit, fertilitatem uberemque omnium rerum proventum Paradisum Mahumetis nuncupârunt. Peculiarem producit fructum, *Cacavate* dictum, ex quo abundantem colligunt quæstum. Arbor, quę hunc profert, modicæ est magnitudinis, in humidis & opacis saltem nascens locis: quæ si Solis radiis nimiùm feriatur, contabescit: unde ferè in sylvis aliisque locis, quæ apricanti minùs prostant Soli, seritur.

Iuxta easdem alias editiores plantant, formâ tiliis nostratibus non dissimiles; quæ si adultæ, *Cacavates* inumbrant. ne quis Solis æstus iis obesse possit. Fructus Amygdalarum speciem refert, siliquis quibusdam velut Cucurbitis inclusus, crassitie tamen atque latitudine seminibus Cucurbitæ paulò major, annuo justam attingens maturitatẽ spatio. Maturas easdem ubi legêre, excussum folliculis fructum super storeis expassum ad Solem exponunt, donec omnem

mnem exhalaverit humorem. Potum ex
eo confectuı in vafe, fictili ad focum
orrent, deinde faxis, quibus frumen-
um pinfitur conteı unt, farinamque pa-
inæ ( arboribus quibusdam certis fuâ
ponte innafcenti Cucurbitæ fimili) in-
lunt, & aquam fuperinfundunt, addi-
o nonnunquam Piperis momento; &
ic pro delicato hauriunt potu fuillam
eriùs colluviem, quàm hominum
otionem. Quum aliquando eam pera-
rarem provinciam, Indus quispiam il-
ım mihi obtulit loram, quam bibere
ecufavi. Admiratus me cũ effufo dimi-
t cachinno. Laboranti verò mihi vini
enuriâ cùm faſtidium fæpè pareret cõ-
ıuus aquæ impurioris potus, com-
ıodè fubvenit hoc Indorum nectar,
ios imitari coacto. Sapore nonnihil
naro & linguam parumper vellicante
ędita eft ea cælia, nutrit, fatiat atque
frigerat corpus, minimè tamen ine-
iat bibentes. Maxima cum hoc fructu
colæ commeı cia habent, in remotio-
s etiam regiones illum transmitten-
s, neque merx pretiofior apud eos re-
ritur, unde etiam maximas acquirant
es, colligantque divitias.

*Cacacius ſive Cacao) Indiæ Occident*
*part. 9. l. 4. c. 22.*

C*Acao* fructus eſt arboris cujusdam quæ multarum apud Indos ſuperſti tionum cauſa fuit : Amygdalas magni tudine ſuâ ferè exæquat, craſſior paulò jucundique toſtus ſaporis. Habetur a pud Indos non ſolùm, verùm etiã apu Hiſpanos magno in pretio, ut theſau loco illum recondant & aſſervent nov Hiſpaniæ mercatores. Quòd ſi ſicca tus ad Solem fuerit, longo durat tempo re, unde naves eo repletæ ex Guatimal provinciâ advehuntur. Anno nonage ſimo ſeptimo in portu Guatulco nov Hiſpaniæ, ejus ultra decem ponderu navalium millia combuſta fuere à Duc quodam Anglo. Monetæ inſuper vicen implet hic fructus : quinq; enim *Caca* rem quandam emere poſſunt, trigint pretioſiorem, centumque rurſus aliar absque omni controverſiâ. Quinim liberaliores qui ſunt, pauperibus pr eleemoſynâ diſtribuunt. Potum ex e conficiunt *Chocolate* nuncupatum, qu quod tanti faciant, qui nunquam lib vit, admirabitur, eosq; veſanos argue cùm faſtidium pariat primitùs bibent

Pera

Peragrantibus eorum provinciam obvii propinant honorisque loco offerunt tam Indi quàm Hiſpani. Quin horum fœminæ, quæ aliquandiu inibi moratę, absque ſuaviſſimo hoc *Chocolates* hauſtu vivere nequeunt. Variis illũ attemperant & præparant modis, nunc ferventem, mox frigidum aut tepidũ quoque exhibentes aromatibus conditum, plurimoq; *Chile*. Placentam ex eo fructu parant pectori ventriculoque amicam, tuſſiq; avertendæ perutilem. Quisquis verò à primis non aſſuetus eſt bibere annis, vix illo delectabitur potu. Arbor, cui innaſcitur hic fructus, mediocris eſt magnitudinis, formâ ſpectabilis, fronte ſuâ coronam æmulans teneriοris atq; delicatulæ naturæ, ut majorem ſibi ſemper adjunctam arborem poſtulet, cujus umbrâ ab æſtu vindicetur ſolari, quam matrem *Cacao* indigitant. Agros planitiesque, quibus inſeritur, *Cacaotalen* nominant, regione, quæ illi natalis, *Guatimala* dictâ.

Io-

# JOHANNES EUSEBIU[S]
## Nierembergius Madritensis Hi-stor: natur: lib. XV. cap. 22.

### De arbore Cacai.

IN *Cacaoaquahuiti* seu arbore *Cacai* magna deteguntu[r] humanæ sortis volumina, inquit *Franciscus Hernandus*. In veteri siquidem orbe, perque prisc[a] illa tempora, quę vitæ hominum eran[t] necessaria, atque adeò apud alios cùm deessent quęrenda, non rependebantu[r] ære, nondum aureus argenteusve circumferebatur numus, aut pecudum Regumve aut Principum simulacra metallis cernebantur insculpta : rerum permutatione vivebatur, ut olim factum cecinit Homerus; & fructuum, quos recondebant, factâ aliis copiâ, mutuum ferebatur auxilium. Tandem æra percussa atque signata sunt, & mille rerum effigies numismatis impressæ conspiciebantur : at in novum mundum nunquam avaritiæ signa penetraverant, aut

caput

caput erexerat ambitio, donec noſtri in
eam velis & vento devecti, impetũ fecê-
e. Non uſq; adeò ſplendebant illis argẽ-
um atq; aurũ, quib⁹ præcipuè abunda-
bant. Avium pulcherrimarũ plumæ lin-
ea quædam goſſipina ac gemmæ, quæ
a fert affatim ſuapte ſponte tellus, erat
ivitiarum & copiarum ſumma. Non-
um armillæ, torques aut brachialia, ni-
fortaſſis è floribus concinnata, plebi
notuerant, aut margaritæ ullo erant
lis in pretio. Nudi penè incedebant,
itam degebant hilarem, neque vaſtos
ongerendi theſauros, aut rei familiaris
ugendæ, velut de futuro parùm ſollici-
os, cura evigilabat: in diem vivebatur,
dulgebatur genio humili ſorte, ſed
anquillâ & felici, & potiſſimis naturæ
onis magnâ cum jucunditate potie-
ntur. Semen *Cacaoati* erat illis pro
ummo & eò præcipua vitæ præmia,
m opus erat, comparabantur. Durat-
e in hodiernum uſq; diem non paucis
colis hic mos. Quidni? quando qui-
sdam orientalium gentium cochleæ
nereæ, & aliis folia quarundam ar-
rum aliisq; alia pecuniæ gerunt vi-
s. Quin & ex eodem ſemine, quo com-
mer-

merciainibantur, fervebant emporia & in varios dominos illius ope mercimonia transferebantur, concinnabantque potum, nondum vini conficiendi ratione reperta: cùm tamē nonnulla vitium ſylveſtrium ac genera labruſcarū apud illos ſuapte ſponte in ſylvis paſſim provenirent, arboresque & frutices, quibus advolvebantur, uvis acinisque variorum colorum & pampinis condecorarent atque gravitate ſuâ incurvarent. De hoc ergò celeberrimo ſemine, & quod in noſtram usque tempeſtatem & vini & nummi ſubeat vicem agendum modo, ab ipsâ arbore ſumpto initio. Eſt ergò *Cacaoatiquahuiti* arbor amplitudine & foliis Mali medicæ, longè tamen majoribus atque amplioribus, fructu oblongo Peponi magno ſimili, ſed ſtriato ac rufo *cacahoacentli* nuncupato, ſemine *Cacahoati* pleno, quod ſemen (ut diximus) Mexicanis pro nummo eſt, materiemque potionis eidem genti gratiſſimæ prębet. Subſtantiâ idem cōſtat pullâ in diſpares divisâ particulas, ſed probè compoſitas inter ſe, tenerâ, multi nutrimēti, ſubamarâ ſubdulcique & temperatâ naturâ, aut aliquantulum frigidâ ac humenti. Sunt

autem

utem, quod compererim, quatuor hu-
us arboris differentiæ. Prima *Quauha-
acahoati* dicitur omnium maxima &
mpliorem ferens fructum: Altera *Me-
acahoati*, quę mediocri constat magni-
udine, ac fructum fert magnitudine à
rædicto secundum: Tertia *Xochicaca-
oati* vocata, minor est ac minorem
rofert fructum, semenque extrà rube-
cens, intrà verò cæterorum colore:
Quarta omnium minima, & ideò voca-
a *Tlalcacahoati* seu humilis, pomum
ert minimum, haud alterius quàm cæ-
era genera coloris. Quæ differentiæ
mnes eâdem pollent facultate, atque
osdem usus præstant, licet postrema
otionibus magis inserviat, cæteræ v.
ummis aptiores atque commodiores
nt. Posset quoque & *Quauhapatachtli*
d earundem arborum genus referri,
d amplior est arbos, & ampliora ha-
et folia fructusque & semina, quę dul-
iora quoq; sunt cæteris, & pro Amyg-
alis, pręsertim tosta, aut Saccharo con-
ita edi atq; usurpari possunt, quanquã
arandæ potioni sint incommodiora.
uctâ igitur ægritudine, laborantibus
hiberi solet ex eo semine parata po-
o, cui nihil præterea admixtum sit, cõ-
tem-

temperando æſtui ac fervori placand(
& his quoq; calida hepatis alterius pa
tis vexat intemperies. Si v. 4. granis un
cia unica miſceatur gummi ejus, quo
vocant *Holli* bibaturque, dyſenterico
affectus mirè coërcet : verùm ſun
gummi ipſum granaq; priùs torrefaci
endá; grana ſiquidē adeò pinguia ſunt
ut exprimere, ſi libeat, poſſis ab eis ole
um; gummi v. tenaciſſimâ & valdè glu
tinosâ vi eſt prẹditum. Nimius auten
ejusdem potionis uſus viſcera obſtruit
colorem inficit, & ad cachexim & inſa-
nabiles alios morbos perducit. Sed
quoniam & compoſitæ & ſimplices pa-
rari ex eo potiones ſolent, atque hæ nō
unica tantùm ratione, aut eisdem ex re-
bus, his ramillis, floribus, aliisve plan-
tarum partibus in farinam redactis &
adjectis, in eis enarrandis haud im-
meritò immorandum.

Primum ergò potionis genus, ex eo
ſemine parari ſolitum, *Atextli* ſeu ma-
dens dicitur. Fit hoc ſimplex ex centum
plùs minùs granis *Cacahoati* crudis aut
torrefactis, ſed probè contuſis, & com-
mixtis *Frumenti Indici* portioni, quæ
molliora reddita, ambabusque mani-
bus modò apertis, modò conjunctis, in

capa-

ipacem figuiã efformata poſſint com-
odè comprehendi. Si verò libet para-
compoſitum, addes *Mecaxochiti, Xo-
inacaztli & Tlixochiti* fiuctus contri-
s & commixtos reliquis, mox verò,
ıantum ſatis ſit, agitabis, transferenda
excelſiori loco in aliud atque aliud
s. Hæc potio eſt, donec ſpuma de-
ım excitata partibuſque pinguiori-
s, & ad olei naturam propriè acce-
ıtibus, ad ſuperiora elevatis, ſorbe-
ur, quæ leviora ſunt, & guſtu gratio-
aut ſeorſim majori jucunditate de-
tentur. Vis compoſitæ eſt, Venerem
itare: ſimplex enim refrigerat, atq;
penſè nutrit. Aliud genus fit ex cen-
ı & viginti granis *Cacahoaparlacht-*
totidem *Cacahoati, Frumenti* verò
*ici* pugillo uno.

Tertium verò, *Chocolati* vocatum,
atur ex granis *Pochoti & Cacahoati*
ıâ menſurâ, quòd magnoperè tradi-
corpora impinguare, ſi frequentiùs
ti contingat, ergò contrita omnia
ctile funduntur, agitanturq; ligneo
llo, donec portio pinguior magis-
ſpectans ad aëream naturam inna-
quam ſeponunt ac ſeorſim collo-
, reſiduoque immiſcent *Frumenti*

*præ-*

prędicti emolliti pugillum unum. Po
quam verò in liquorem sorbitioni id
neum sunt omnia redacta, id pinguet
dinis, quod separaverant, rursus co
miscent, atque ita demum tepidum p
tant, aut aliis sorbēdum propinant h
cticâ febre consumptis, tabidis atq; e
tenuatis mirè utile.

Aliud genus *Tzone* dictum, parat
ex *Frumenti Indici* & *Cacahoati* torr
facti æquis portionibus & modicâ qu
dam ejusdem *Frumenti* emolliti par
decoctis, donec sorberi possint, quę d
mum refrigescentia nutrimenti nō m
dicamenti vices gerunt. Seritur jux
*Quauhcacahoati*, umbræ gratiâ, arb
*Atlinam* vocata. Nascitur in calidis f
gidisque regionibus, locis uliginosis,
quosis, & humentibus.

*Aceotes* ) Nieremb. l. XV. Ca
XLVIII. De Achioti, seu med
cinâ tingendo aptâ.

ACHIOTI, quam Michacacanenses *Ch*
*cangariqua*, & interdum quoque *P*
*macua* nuncupant, arbor est magnit
dine, stipite, atque omni prorsus form
mali medicę, foliis ulmeiis figurâ, asp
ritate & virore similibus, colore extri

se

ſeco corticis trunci & ramorũ fulvo, in-
trinſeco verò in viridem magis incli-
nante, & ligno ipſo aculeato & canden-
ti, floribus magnis, ſtellatis, quinûm fo-
liorum & ex albo rubreſcentibus, & fru-
ctu herinaceis ſimili: Amygdalarum vi-
ridium parvorumq; formâ & magnitu-
dine quatuor modicis diſtincta angu-
lis, qui ſecundùm lõgitudinem diſcur-
runt. Hi cùm maturi ſunt, dehiſcunt,
oſtenduntq; intra cavitatem grana quę-
dam acinis uvarum ſimilia, admodum
rubreſcentia, frigida ordine tertio, ac
nonnullam ſiccitatem adſtrictionemq;
participantia. Regionibus provenit
calidis, locis potiùs ſiccis quàm hu-
midis. Indi maximi æſtimant hanc ar-
borem, atq; ideò juxta eam domicilia
erere conſueverunt. Folia fert toto an-
no, ac fructũ vere edit, quo etiam tem-
pore colligi ſolet. Materies utilis eſt igni
velut è ſilice excitando, ſi lignum ligno
fricetur. Cortex verò funibus texendis,
qui ſunt cannabinis firmiores: ac ſemen
pictoribus coccineo colori exprimen-
do, innatans liquori æquè frigido. Nec
minùs utile Medicis: extinguit enim e-
potus aut admotus febrientium incen-
dia, opitulatur dyſentericis, repellitq;
tu-

tumores preter naturam, quò fit,ut epi
thematis, frigorificis potionibus, voca
tis Iulapiis, & quibusvis infrigidanti
bus cibariis & medicamentis miscer
perquam accommodè possit. Additu
semen *Cacaoati*, refrigerii gratiâ com
mendandique coloris atq; saporis, den
tiũ dolores à causâ calidâ ortos levat
corroborat, evocat urinam, sitim extin-
guit, atque croci apud aliquas gente
gerit vicem. Excipiunt parando pigmẽ-
to grana jam matura, atq; in calenten
aquam projiciunt, agitantq; continen-
tem eodem semper modo, donec totu
penè color in aquâ hæreat; permittun
demum subsidere, ac in placentulas ef-
formant eodem ferè modo, quo sole
*Anil* seu *Mohuitli* parari ex *Xiuhquiliti*
ut, cùm opus sit, in usus evocentur. Es
verò adeò tenax hoc pigmenti genus u
semel illitum vix, etsi vehementer ex-
tergas, possit deleri; urinæ autem per-
mixtum sit indelebile. Adstringit non
nihil, ideoque cum resinâ permixtum
medetur scabiei atque ulceribus, ven-
triculum corroborat, fluxum alvi cohi-
bet, lac auget, permixtum crustis *Cacao-*
*ati*, jucundiorem efficit potum, quem
reddit innoxium, quâcunque mensurâ
biba-

ibatur ; ejus ſiquidem gratiâ facilè ac
itra ſatietatis incommodum ſolet con-
oqui. Provenit in calidis plagis, qualis
ſt Hoitzocenſis.

*hile*) Nieremb. l. XV. c. LXXX.
De *Chilli*.

*Hilli*, ſeu Piper Mexicanum, planta
eſt ferens ſiliquas illas, quas ab Hai-
nis agris & ab antiquis, ut quidam vo-
nt, *Siliquaſtra*, & ab Hiſpanis *Piper*
*dicum* vocantur: quod licet jamdiu in
oſtrum orbem translatum ſit, ibique
in hortis, & in vaſis fictilibus orna-
enti & uſus gratiâ feratur, & habeatur
deliciis, tamē apud Indos multò plu-
eorum genera reperiuntur, & orexi
citandæ commendandisque ferculis
uſu quotidiano eſt, adeò, ut nullam
reperire menſam ſine *Chilli*, atque
eò quotidiano experimento ſint illius
cultates notiſſimæ. Generum omni-
n (& eorum inprimis, quę in Novâ Hi-
niâ proveniunt, de quibus modò a-
ur) folia Solano ſimilia ſunt, & penè
ria, ſi *Quauhchilli* excipias, quę mi-
ra eadem fert. Flores candidi, è qui-
s ſiliquę oriuntur primò virides, mox
jori ex parte in rubrum, & demum

in paſſeum inclinantes colorem, refertę parvo ſemine, exili, candicante, contuſo, in orbem effoimato, acris guſtûs, atq; urentis naturæ, quæ ad ſemen præcipuè attinet. Quartum caloris gradum attingunt, & tertium ferè ſiccitatis, etſi recentes excrementitio quodam humore abundent, qui totus penè vetuſtate evaneſcat: unde fit, ut ſæpè excitato flatu Venerem ſtimulent, ac interim alvũ non ſine quodam teneſmo ac ſenſu doloris, his prçcipuè, qui hujusmodi condimento antea non aſſueverant, leniter emolliant, quanquam ejus rei acumen poſſimus non immeritò in causâ eſſe affirmare. Vrinam & menſes evoc ãt, corroborant ventriculum ob frigus imbecillum, coctionem eâdem occaſione labefactatam juvant, appetentiam, contemperato ex eis cum vocatis *Tomame* intinctu, mirè excitant, & pituitoſos humores undecunque, ſed potiſſimùm coxæ articulis adhæreſcentes diſcutiunt & purgant. Quin ajunt, hecticorum peropportunum eſſe remedium, nutrimentum item calens ac ſiccum, multumque prçſtare, ventrem lumboſq; aculeis *Chilli* madentibus perpungere, ſed renes excalefacere, & inflammato ſan-

ſanguine atq; jocinore ad nephriticos, phreneticos & pleuriticos affectus, ad peripnevmonias aliosque tumores internos, puncta & ſimilia ſymptomata, ſeu nutrimenti, ut ſæpiſſimè Indi ſolent, ſeu condimenti vice immodicè aut frequentiùs utantur, perduçere.

Prior ergò ſpecies. &c.

## *Mecaſuchil*) Niernberg. l. XIV. c. LXVI. De *Mecaxochiti.*

VOlubilis genus eſt *Mecaxochiti*, binos dodrantes longum, per terram repens, ac circa ſingulos foliorum exortus fundens fibratas radices, capillisvé pares. Folia ſunt magna, pinguia, obrotunda, odora, & acris ſaporis: caules teretes, contorti, & (præterquam unde oriuntur pediculi) leves: fructus Piperi longo perſimilis. Quarto gradu calida eſt ſiccaq; naturâ, & fortaſſis ad Piperis longi ſpecies pertinens. Bibitur cum *Cacaoati*, gratumque illi ſaporem conciliat, corroborat ventriculum, calefacit, oris halitum commendat, attenuat craſſos & lentos humores, adverſatur venenis, iliacis & colicis confert, urinam evocat. Quòd ſi adjungas triginta granis *Cacahoati, Tlilxochiti, Xiperis, Taraſci,*

*vaſci, Xochinacaztli, Siliquaſtrum, Tlaolli, & Achioti* certâ menſurâ, mirabilem parabis potionem, ad morbos renum & veſicæ curandos & coërcendos: quâ uſi Hoaſtemalenſes, nunquam ea morbi genera ſenſêre. Menſtrua & partus emortuos trahit cum *Tlilxochiti*, vivosque accelerat: obſtructa reſerat frigora, & ex eis ortos dolores tollit, rigoribꝰ febrium opitulatur, & alia his ſimilia præſtat juvamēta. Naſcitur in humectis locis regionū ferventium, qualis eſt Quauhuahuacenſis, & Huejacocotlenſis. Provenit etiam Axuchitlani, ubi *Chilpatli*, nec non *Tizuacan Ytlacual.* Ajunt etiam, jus decocti foliorum capillos denigrare, & fructûs pulverem inſperſum dolores capitis tollere, ſuccum verò ſubaſſæ illitum dentium dolorem ſedare.

*Mais*) Nieremberg. l. XIV. c. LXXV. De *Tlaolli, Maizióve, deq́ potionibus & placentarum generibus ex eo parari ſolitis.*

QVid mirum, ſi circa mundi primordia, (inquit *Franciſcus Hernandus*) atq́; rudimēta illorum temporum nondum excogitatis rebus ad vitam commodè

modè transigendam inservituris, Cerere carentes mirabili sanè invento, & naturæ omnium parentis bono tuendæ sanitati apprimè utili ) confugiebant ad glandes & hordeum, quibus modò sues, & siquę sunt sordidiora animalia, consuescunt saginari : quando nostrâ quoque tempestate alii oriza & milio, alii siliquis arborum quarundam, *Yucâ* alii, herbæ notæ, radice, alii *Ilianthо* & *Guayaris*, & (ut cætera, quę innumera sunt, pręteream) alii *Tlaolli*, quod nostri *Frumentum Indicum*, Haitini verò *Maizium* appellant, vescuntur loco panis. Neque hoc dictum volo in vilipendium *Tlaoll*; quod tantum abest, ut vituperem, ut maximè laudem, mirerque Hispanos, rerum externarũ diligentissimos imitatores, atq́, translatores, & alienorum inventorum picas suis usibus adhuc non accommodâsse, & in suas oras transtulisse excoluisseque frumentaceum genus, & valentibus & malè valentibus, si decenter eo utamur, impensè salubre, cultu facile, uberrimi & securissimi in quovis ferè solo proventûs, siccitatibus & aliis cœli terræque injuriis parùm obnoxium, & cujus satu fortassis à fame & mille, quę inde emanant,

nant, malis vindicari possint. Sed ne cui miraculo sit, gentes esse, quę sine tritici usu vitam transigant, & peregrinis & penè ignotis cibis, jucundè magnaque cum utilitate & voluptate vivant & vescantur, quale est *Tlaolli*; de illo instituitur nobis sermo. Mexici enim non solùm apud Indos incolas, sed apud advenas Hispanos est maxim⁹ creberq; ejus usus. *Tlaolli* ergò, à nobis dictum *Maizium* (notior enim & vulgatior est hæc vox) à quibusdam recentiorum *Frumentum Turcicum*, ab aliis verò consultiùs *Indicum* appellatum (ut formam silentio transigam, toti ferè jam cognitam mundo) multas habet differentias (sylvestre enim *Maizium* seorsim describetur) à colore, magnitudine, & mollitudine granorum, quibus spicę ipsæ stipantur, desumtas. Reperies enim quamplurimas granis constantes albis, alias pallentibus, nigris multas, quasdam purpureis, nec paucas flavis, cyaneis, & multorum colorum permixtis: demum alias, quę licet granis candentibus, ut priores, constant, longitudine ea habent majora, teneriora, ac triplo majori spicæ inhærentia. Seritur Martio in singulas scrobes, inter se pas-

sum

ſum unum diſtantes, quaternis quinisve granis conjectis, & reponitur Novembri, Decembri, & Ianuario, repaſtinato ſolo; etſi pro varietate regionum, quæ apud hos Indos, ob dierum noctiumq; penè æquale intervallum, & varios Solis ſitus, modicis ſpatiis mirum in modum evariant, tardiùs citiùsve ſoleat demeſſum trituratumque recondi. Temperatũ eſt, aut ad ſiccitatem & humorem paululùm declive, ſubſtantiâ mediocri, concoctu facile, pręcipuè his, qui eo victu utì conſuevêre, non craſsâ, aut, veluti quidam opinantur, obſtruendi & viſcosâ, quod vel ex Indis ipſis, qui ex eo pane in placentulas conformato vivunt, nec tamẽ obſtructi aut decolores conſpiciuntur, comprobare licet, iisdem affirmantibus, ſe nullam in ventriculo gravitatem ſentire poſt epulas, imò ante paucas horas rurſus, ac ſi nihil ingeſſiſſent, eſurire, & magnâ aviditate, ſi adſit copia, repetere nutrimentum, nec vel de nomine ſolo, ad adventum uſque Hiſpanorum, lithiaſim noviſſe. Quid? quòd nullus eſt apud Mexicanos celebrior ægritudinum acutarum & commodior victus, qui etiam ptiſanæ præfertur, quod mille experi-

mentis comprobatum eſt. Celeriter ſiquidem, ajunt, coctum deſcēdere, corpora, quantum ſat eſt, nutrire, nullum inferre gravitatis ſenſum, mollire ventrem & pectus, calorem febrilem demulcere, pręcipuè, ſi pulvis ejus ex aquâ permittatur brumali tempore gelaſcere, quo uti ſolent Chithimecæ; tùm urinam evocare. Cùmq́; mille videatur abundare commodis, ſi aptè paretur, nullamq́; noxam inferre (niſi quis dicat, ſanguinis & bilis copiam generare atque augere) non eſt, cur conſentiamus dicentibus, frumento eſſe calidius, difficilè & concoqui & diſtribui, viarumque moliri obſtructiones. Imò cur laudemus Mexicanos Medicos, qui poſthabitâ hordeaceâ ptiſanâ, velut ingratâ guſtui, & ægrotantibus inimicâ, pultes è *Maizio*, quas *Atolli* vocant, permixtas præferunt huic genti conſuetas & gratas, & quæ citra ullam noxam ſuavem ſaluberrimamque alimoniam præſtent. Quamobrem quot modis ſoleant parari, quâ brevitate potero, tum ſanis, tum morbo aliquo affectis deinceps ſum edocturus, modum placētularum ex eodem frumento parandorum differens in calcem Capitis hujus. Sumitur *Nequatolli*

*tolli*, ſeu *Atolli* melleum, cui calx ſit permiſta, ita ut aquæ ſint partes octo, *Frumenti* hujus *Indici* partes ſex, & *Calcis* una. Tunc carbonib⁹ pauculis impoſitum in fictili obturato emollitur. Quo tempore ab igne amovetur, linteis cooperiendum eſt, & tandem lapide *Metlati* vocato pinſendum, mox in fictili decoquitur, donec cogi inſpiſſarive incipiat, & eo tempore decima pars mellis, quod *Meti* dicitur, permiſcetur, tamdiuq; permittitur bullire, quamdiu opus eſt, ut ad pultium polētæve Hiſpanicæ perveniat modum. Refrigerat hoc humectatq; diſtemperie calidâ & ſiccâ obſeſſa corpora, emollit pectus, plurimùm nutrit, corroborat impinguatque extenuatos, & amiſſas vires inſtaurat atq; reſtituit; extergit quoq; & eſt ægrotantibus conveniens victus. Quid? quòd tabidis exhibitum ptiſanæ hordeaceæ gerat vices & à graviſſimis morbis reſurgentibus manus auxiliares præbeat. Sunt, qui adjiciant *Piper Indicum* modicâ mēſurâ, ſed tum benè valentib⁹ propinatur, & his, quos calida diſtemperies non infeſtat; ita enim gratus palato redditur, & Venerem concitat. Vtuntur eo alimento Indi quibusvis horis diei,

ſeu valeant, ſeu ægrotent, ſed potiſſimũ manè, potum adjicientes. Cœpit jam hujus victus placere quoque Hiſpanis, ſed præcipuè his, qui ab Hiſpanis & Indis, ſeu Indis & Æthiopibus, aut Æthiopibus & Hiſpanis ( eò turpitudinis devenêre mores, atq; is factus eſt inter nationes tam varias circa vitia conſenſus) nati ſunt parentibus. Parant aliud genus *Atolli*, quod vocant *Iltac*, ſive albũ, eodem, quo dictum eſt, modo; quanquã jam confectum, & in vaſa, unde ſorbendum eſt, transfuſum virenti conſpergãt *Chilli*, & vocatis *Tomame*, admixtâ inſuper ſalis debitâ portiunculâ. Solent verò tria hæc aquâ dilui, etſi multis ſat eſſe putetur ingenitus illis humor, ut debitè inſpergi queant. Quin & acidum vocatum *Atolli*, quod *Xocoatolli* Mexicani nuncupant, ſolent quoque parare, permixtâ librâ unicâ fermenti, ſeu maſſæ acidæ, libris binis *Maizii*, quemadmodum diximus, emolliti atque contuſi. Fermentum autem parabitur, ſi capias *Maizium* nigrum, & cõficias maſſam ex illo, quemadmodum dictum eſt, quatuorque aut quinque diebus ſervaveris, donec aceſcat, & tunc demum permiſcueris, ut *Atolli* gratum quendam cõtra-

trahat acorem. Mox in vas transfusum sale & *Chilli* conspergatur, atq; ita demum ab ægrotantibus matutino hauritur, ut corpus extergat, urinam evocet, atque alvum expurget. Hoc eodem fermento, ex aquâ frigidâ resoluto atque epoto corpus refrigeratur, cum aut per vehementem æstum, aut ex itinere aut labore quispiam defatigatus sit, vel vehementiùs concaluerit; aut quando renes ita uruntur, ut lotiũ urinarios meatus lancinet atq; exulceret. At album *Atolli*, quod Mexicani *Yollatolli* vocant, ad hunc modum conficitur. Decoctum *Maizium* ad eum, qui dict⁹ est, modum, sine calce tamẽ aut alterius rei adjectione in pultem efformatur, permittitur refrigescere, ac liquatur aquâ, ut bibi cõmodè possit velut acetatũ, de quo paulò antè sumus locuti. Sitim hoc dicitur extinguere, quomodolibet excitatam, atque præcavere, ne si plùs, quàm oporteat, potaverint aquę, lædantur. At *Chillatolli Atollichilli* permixto, ut nomen indicat, paratum veluti pręcedentia cõficitur, sed cum semicoctum est, permiscetur *Chilli* in aquâ eliquati portio, quę gratum faciat gustum ei, qui illo est usurus. Summo manè assumitur, contra

 frigo-

frigoris molestias, corroborat ventriculum firmatq; coctionem, pituitam adhærescentem extergit, & quibusvis vacuatis impedimẽtis emundat. Paratur & *Nechillatolli*, seu *Atolli*, cui est *Chilli* permixtum & *Mel*, velut reliqua genera, sed additis prædictis semicocto eâ portione, quâ gratum fiat sorbituris: calidum ita innatum vigorat ac Venerem excitat. Est & aliud *Atolli* genus, *Ayocomollatolli* dictum, quod est *Atolli cum Phaseolis* fragmentisque masseis ejusdẽ *Maizii*, quod fit *Phaseolis* integris incoctis, cùm jam penè est confectum, & cũ semicoctum, fragmentis masseis *Maizii Chillatolli* permixtis, adjectâq; herbâ *Pacotli*, de quâ suo loco. Nutrimenti id optimi & prægrati vicem præstat, & *Epacotli* gratiâ sanguinem à crudis humoribus expurgat.

Prętereа torrefacto hoc semine, & redacto in lævorem, cùmq; exposcit occasio, in aquam conjecto eâ mensurâ, quę nullam adferat spissitudinem & densitatem, & insperso melle *Meti* cocto (tria enim mellis genera ex eo conficiuntur) extergit renes & urinæ meatus, puerorum scabiem curat epotum abstergẽte, quâ pollet, vi, & est frequens hisce gen-
tibus

tibus cibus. Fit inſuper ex *Maizii* parvâ quâdam portione, majore autem *Siliquaſtri* aridi lævigatiq; commixtis, additâ herbâ *Epacotli*, quod vocant *Tlatonilatolli*, admotis igni ſimul omnibus, donec ea herba percoquatur, quod brevi evenit, ingeriturq; calens, & id potionis genus Venerem excitat, evocat urinam, calefacitq; univerſum corp⁹ & corroborat. Sed neq; ſilentio præterire decet *Elaxcalatolli*, quod paratur ex *Maizio* contuſo, & efformato in placentulas tres digitos latos craſſas, *Incamalli* vocato. His, poſtquam probè decoctæ ſunt, cortex diripitur, mica teritur, ac rurſus in frigidam projicitur, in patinâ reponitur agitaturq;, donec cogi incipiat, tunc extracta atq; in vaſcula cochleari digeſta ſorbitio epotatur, quæ defectos renes mirè reficit ac fovet. Quin & ex ſpicâ *Maizii*, detractis granis, uſtâ atque in cineres redactâ, *Olloatolli* vocatum parari conſuevit, teriturque etiam hæc pars, quæ una tribus *Maizii* partib⁹ permiſcetur: rurſus v. teruntur ſimiliter omnia & quæ ex eis ad ignem *Atolli* paratur, poſtquam ad ſpiſſitudinem uſque percoctum ſit, & polentæ denſitatem, mox in vaſa digeſtum conſperſumque

*Chilcotzli*, ſorberi ſolet, haud inutile iis, qui nimio ſanguine aut calore redundant. Fit etiam ex *Maizio* & lixivio vulgari percoctoq́;, quod vocant *Quauhuexatolli*, quoniam ex arborum cinere conficitur. Hoc ab eo extractum ablui expedit ( in lixivio enim quādiu oportet manens, emollitur expurgaturq́; & in inſolitum atq́; à cæteris longè diſtantem ita mutatur ſaporē ) teritur poſtea, & ut reliqua decoquitur, donec juſtam adipiſcatur ſpiſſitudinem; atque ita demum ſumptum expurgare dicitur ſanguinem, neque alium medicamenti aut nutrimenti uſum præbere. Sequitur *Izquiatolli*, quod à torrido paratur contuſoque *Maizio*, ſed cùm decoquendi illud tempus eſt, *Maizii* decocti modicæ adjiciūt portioni, & omnia tamdiu agitant, quamdiu opus eſt, ut juſtam ſpiſſitudinem acquirant, & *Chilli* tandem inſperſo potatur ab iis, qui ob cordis imbecillitatem, aut atræ bilis redundantiam mœrore plerumque afficiuntur. Eſt & *Hoauhatolli*, quod ex *Blitis* rubris fit, ingeriturque inſperſo melle. Præterea *Michohoauzatolli*, quod ex *Michihoauhtli* paratur, picturato nempe *Blitorum* genere, quod ſymphoniam à varie-
tate

ate coloris quidam vocant. De polentę verò pultiumq; generibus, quibus usa est antiquitas, satis superque dictum est ab aliis: Nos enim, quæ novo orbi sunt familiaria, necdum veteri satis cognita atque perspecta, scribenda statuimus. Paraturi autem ex *Maizio* panem, emolliunt eo, quo diximus, modo ejus grana, mox pinsunt, ac palmis utrisque admotis efformant tenues ac ambitûs mediocris placentulas, quas statim, ut oportet, in *Comalli* carbonib⁹ coquūt impositas: & hic vulgatior frequentiorq; parandi panem ex *Maizio* modus. Sunt, qui triplo & interdum quadruplo maiores efficiant; nec desunt, qui & crassiores. Sunt, qui efforment globulos peponibus similes, & in doliola juxta focum sita conjiciant decoquenda, permixtis interdum *Phaseolis*, atq; eis non citra voluptatem vescātur. Molles enim admodum sunt, concoctu faciles & grati saporis. Alii hos in dodrantem usque producunt & quatuor digitorum crassitudinem, admixtis *Phaseolis* in patinis seu comalibus assantes. At Proceribus Indorum placētulæ parari solent ex coạto *Maizio* adeò exiles pureq;, ut translucidæ penè sint, & à papyro interpolatiore

tiore tenuitate minimè vincantur. Item orbiculi pauci ex colato *Maizio*, qui etſi craſſi, tamen omninò videntur translucere: Verùm hæc ad divites tantùm Heroasq; pertinent. Nec eſt inſuavis ille panis, qui in vocatâ Barbaco apparatur ac coquitur. Indi enim, quos Chichimecas vocant, gens fera, barbara atque indomita, à Mexicanâ urbe in ſeptētrionem nō plurimùm recedens, ac per mōtana campeſtriaq; pellib⁹ tantùm quasdam corporis partes tecta, errabunda ac vaga Scytharum more, aut brutorum pecorumve, venatuque & aucupio, & quarundam ſylveſtrium ac ſponte naſcentium arborum fructu, ubi ſors tulit, vivens; cùm carnes libet coquere, ſcrobes in ipsâ terrâ effodiunt, mox ignitis lapidibus ſternuntur, medias collocant carnes *Frumenti Indici* maſsâ obvolutas, ac demum ſimilibus ſaxis ex terrâ obruunt, tamdiu ibi manere permittentes, quamdiu intelligūt ſufficere exquiſitè decoquendis; decoctas extrahunt, eisque & pane ad prædictum modum parato, non ſine magnâ voluptate atq; utilitate utuntur in cibis. Defluxit jamdiu ad Hiſpanos Mexici degentes hic mos: Spicas ipſas torrefaciunt appoſitas

pa-

patinis, aut incoquunt carnibus, & utroque modo granis jucundè vescuntur.

Solent etiam ex aquâ & *Maizio* jam emollito ac in massam redacto per noctem simul manentibus parare *Xocoati*, seu aquam acidam inde matutino expressam, urinæ ardori extinguendo, ac calori cuivis cõtemperando mirabilem, si decem plùs minùs unciarum pondere continuis aliquot diebus, jejuno adhuc ventriculo, epotetur. Cujus rei admonendum esse Lectorem è re meâ fore putavi. Nec solùm est usus fructûs; nam & culmi ejus arundinesvè torrefactæ, & redactæ in pulverem ophiasi egregiè medentur, si cum *Oxiti* seu resinâ misceantur.

*Chicha* est vinum ex *Maizio*, quâ inebriantur Barbari. Tundunt & moliunt duabus petris *Maizium* admixtâ aquâ, inde fit massa quædam. Fœmina, quæ molit, sumit per intervalla particulam & mandit, rursus abjicit in massam. Dicunt, pro fermento id esse, & causam jucundæ acedinis: Posteà aquâ coqvunt, & effusa in urceos biduo acesit. Gratissimus hic potus Indis, nec contemnunt Hispani. Fœminæ nostrę invenerunt artem

tem elegantiorem conficiendi illum, minori ſtomachi horrore. Salutaris hic potus, ſicut & ipſum *Maizium*, renum & jecoris dolori, calculi & urinę retentioni.

---

## *Excellm⁹ Paulus Zacchias, in ſuo de malo Hypochondriaco tracta-tu, l. 2. c. 14.*

(Ex Ital in Lat. verſ.

MEntionem nunc faciam medicamēti cujusdam, paucis abhinc annis è Portugaliâ, quod Indis acceptum refert, ad nos *Chocolatæ* nomine adferri cœptum. Hoc ingredientium indicio, non obſtante eo, quòd temperatam ejus naturam plerique aſſerant, calidum magis eſt, prætendentibus iis licet *Cacao* frigiditatem, quę calidorum admiſtione obtusâ moderatam confectionis efficiat qualitatem. Ego contrarium ſentio, ſemenque ipſum nullatenus frigidæ, ſed temperatę potius conſtitutionis judico, judicandumq; cuivis id guſtanti & examinanti relinquo. Quoniam verò hoc novū aliquod eſt atq; peregrinum medicamenti genus, ejus componendi modum non abs re fore duxi tradendum,

Re-

ecipiunt *Cacao* ( fructus est aut, si ma-
is, semen grandiusculum, Pistaciam
nagnitudine referens, cortice tenui, sa-
ore Amygdalæ simili) excorticati, be-
è mundati, seduloq; triti 12. lib. *Cina-
nomi* subt. pulv. lib. 1. *Anisi* selecti &
tudiosè pulv. lib. semis. *Vanillas* ( sunt
aculi longi, angusti, subtiles, coloris
ulvi, odoris balsamici, saporis suba-
ris) comminutorum, & per subcerni-
ulum transactorum n°. 6. *Mecacuce*
semẽ Avellanam nucem repręsentans)
nanipulos 4. (Aut, si libeat, in locum
*Vanillas* & *Mecacuce Moschata Nux*, &
*Caryophylli aromatici* 12. assumi pos-
unt) *Maiz* (Indicum frumentum est)
ontusi, cretique per setaceum, floris se-
arati lib. 3. *Ajonzoli* confracti benè-
que triti lib. 1. (aut vice *Ajonzoli Amy-
dalarum Ambrosin*: pistarum lib. semis)
*Achiotes* ( lignum est sanguinei coloris
nstar Santali rubri) unciam semis. Sac-
hari, pro lubitu, ad lib. 4. Subigunt
Saccharo Achiotes, omniaque adinvi-
em benè miscent; ex massâ tabulas cõ-
ormant foliis Mali aurei impositas. Qui
roinde hâc uti gaudent confectione, e-
us unciam dimidiam cum quinque
Sacchari drachmis, bullientis aquæ sex
un-

unciis injiciunt, benèque contemperant, &, quàm possunt calidè, bibunt. Id quoq; observare solent, ut si parùm Sacchari *Chocolatæ* admistum fuerit, dosin ejus, dum potant, adaugeant. Matutino bibunt tempore, quatuor dein horis aut pluribus à cibo abstinentes. Plurimi magnoperè ejus in confortando stomacho, & adjuvandâ ciborum digestione virtutem deprædicant, quod eximiè nutriat ob seminum & frumentis, *Maiz* præcipuè, quæ insigni satis quantitate compositionem ingrediuntur, facultatem atque substantiam: non tamen, ne pro medicamento multùm calido habeam, adduci patiar; hinc ejus usum apud illos, quib⁹ hypochondria calent, prudēter nec absque judicio admittendum censeo.

## *L. S.*

*CVm sub prælo jam ferveret præsens opusculum, supervenêre ex Italiâ literæ ab Excellentissimo* Severino *perscriptæ, quibus seriem suarum lucubrationum inclusam voluit, quam publico literatorum orbi expositam,* Lector *amice, æqui boniq; consule.*

IDEA

# IDEA
## [C]hirurgiæ universæ restauratæ feliciter per
## [M]ARCUM AURELIUM SEVERINUM.

HAbuisti, Lector candide, laborum nostrorum primitias, commentarios luculentissimos de Abs[c]essibus omnis generis, doctis adeò ac[ce]ptos & erudito orbi, ut in Germaniâ [ex]cudēdos judicârint, licet scriptio fue[ri]t tumultuaria & incidens, minimaq́; ad alia commentaria, quæ jamdudū [pr]omi premo, graviora scilicet & digniofiat comparatio: Quorum ideam or[di]nemque in scribenda Chirurgiâ meâ [n]ovâ observatum ut meliùs cognoscas, [ha]c typum singulorum addere non abs putavi. Chirurgia enim, ut & artes li[b]erales ferè omnes, duplex est, tàm do[ct]rinâ quàm usu constans, sive præce[p]ta tradens & tradita exercens. Illa, quæ [d]octrinam spectat, cùm Præparatoria, [q]uæ discentes informat, tùm Enarrato[ri]a est, quæ plenas suas præceptiones [e]xponit.

Quod ad Præparatoriam, in hâc traden-

dendâ venati ſumus ejusdem principia
partes & paſſiones, objectum item & o
mnes ſuas cauſas declaravimus: atqu
ut ad hanc artem comparatus eſſe debe
at, quicunque hanc comprehendere ve
lit, docuimus.

Quod ad Enarratoriam, exponere
quidem placuit non aliam, quam qua
ab optimis & graviſſimis propoſita eſt
Ejusmodi ſunt Hippocrates & Celſus
cujus quidem poſterioris Viri explana
vimus quintum librum, qui tumorum
vulnerum, ulcerum & medicamento
rum doctrinam continet. Ex Hippocra
tis verò ſcriptis librum de vulneribu
capitis & ulceribus univerſim noſtri
interpretationibus lucidiores reddidi-
mus. Si quæ reſtarent ex hoc genere per-
tractanda, ex aliis omnibus noſtris tàm
veteribus, quàm neotericis ſcriptoribu
Chirurgiam compilavimus, per loco
communes & per ſolennes vulgatosq;
tractatus digeſtam, non tamen ſine ali-
quo noſtro acceſſu. Poſthæc Pragma-
tica, i. e. actu adminiſtrabilis eſt Chirur-
gia, quæ duplex iterum eſt noſtrâ ob-
ſervatione; altera quidem Inermis,
i. e. quæ ſeipsâ contenta & ferramentis
abſtinens per ingenita inſtrumenta va-
rio

io ſuo munere defungitur. Accedit au-
em ad hanc volumen duplex, de adju-
nentis Chirurgiæ, quæ tàm diætetica,
uàm Pharmacevtica & Chymica ſunt,
x quod ad Pharmacevticam ſpectat. Eſt
x Travmatica reſtituta, quâ cùm ad
romiſcua cunctarum partium, tùm ad
apitis vulnera poſſis uti.

Reſtat Adminiſtrabilis Chirurgiæ
ars altera, ferramentis inſtructa, quæ
uplex eſt, cruenta & incruenta. Illa ſe-
tione, hæc uſtione tractatur. De ſingu-
s his nos partibus ritè ſcripſimus, ad
nternos & externos corporis affectus
fficaciter finiendos: ad utrosque enim
yrotechnia ordinata eſt, uti & Sectori-
, quæ inter cætera ſcarificationem, ar-
eriotomiam, venarum jugularium a-
ertionem & oſſium exciſionem expo-
it. Chirurgiæ Præparatoriæ ſuo ordi-
e Anatomica, quæ in ſeparatis eſt, ac-
eſſit. Fuerunt autem operum iſtorum
tuli hâc ſerie: Illuſtrata Chirurgia, Do-
matica vel Exegmatica Chirurgia, In-
rmis, Efficax & Trimembris, Zωoto-
ia Democritæa, ſive de univerſo ani-
nantium opificio & contemplando &
iſſecando æquè perſpecto.

His ſcilicet partibus & his membris
corpus

corpus Chirurgiæ veteris per nos restitutæ constat. Cujus operis partes & membra singula vidére prim⁹, sic Comis ut Doctus Vir, cùm Neapolim divertisset, Petrus Castellus : Secundus Henricus Blauodæus, Cl. Parisiensis Professor : Tertius Sagacissimus Guilielmus Harveius : Quartus Eruditissimus æquè ac Celebratissimus Ioannes Veslingius : Quintus Ingeniosissimus Iohannes Georgius Volcamerus Norimbergensis: Et novissimè singula perlegit CL. Vir Thomas Bartholinus, Casparo patre doctissimo doctior filius, qui jam post Anatomiam de luce animantium admirandâ luculentum opus in lucem dedit, compluribus aliis dignis luce commentariis ad edendum paratis. E nostratibus verò Marius Schipanus, Vir mihi nunquam sine honore memorandus, Regni Generalis Archiater. Post hunc Iohannes Baptista Masullius, Medicus omni virtute atque eruditione Spectatissimus, qui de attractione librum conscripsit non contemnendum.

Sed ut omnium oculis exponantur, quibus Neapolim adire non datur, catalogum hìc subnectere amicorum suasu constitui.

MARCI

# MÀRCI AVRELII SEVERINI

Thurii Tarſienſis, Philoſophi, Medici, Regio in Auditorio Neapolitano Anatomes & Chirurgiæ Profeſſoris,

## OPERA,

*Partim edita, partim ad lucem parata.*

I. De reconditâ Abſceſſuum naturâ lib. VIII. *primò Neapoli, mox Francofurti excuſi.*

II. Zωotomia Democritæa, i e. Anatome generalis totius animantiū quorumlibet opificii, libris V. diſtincta, quorū primo antecedens univerſalis diſputatio, quæ ad Anatomen ſpectat, proponitur: Secundo Zωotomiæ neceſſitas in universâ propemodum humanâ ſapientiâ demonſtratur: Tertio univerſæ fabricæ animalis inſpiciendæ methodus aperitur: Quarto hiſtoria Anatomicâ varii generis animantium deſcribitur : Quinto ratio diſſectionis ritè adminiſtrandæ docetur.

III. Chirurgia Illuſtrata, cujus libri

ſunt tres: Primus Phyſico-Chirurgicus, i. e. de conjungendis utrisque facultatibus Medicorũ: ſecund⁹ demõſtrationes Chirurgicę numeroꝰ. quarũ 1. eſt de inſeparabili ſtudio Anatomes & Chirurgiæ: 2. patrocinium inſcripta Chirurgiæ: 3. dotes: 4. prærogativa: 5. calamitas, ſive de cauſis corruptæ Chirurgiæ: Tertius Idea, ſive de principiis Chirurgiæ.

IV. Exegmatica Chirurgia, continens commentaria in Hippocratis librum de ulceribus & vulneribus capitis; in libros technicos ejusdem. In librum V. Cornelii Celſi. Paraphraſis proœmii generalis de re Medicâ Celſi.

V. Chirurgia reſtituta, in quâ & ars vulneraria præter communem uſum medendi tradita eſt, ita ut Antipraxis Chirurgica inſcribi queat.

VI. De Chirurgiâ inermi opus, quod eſt propè incredibile, quàm multis novis, pulchris, arcanis certis, ad feliciter medendum experimentis, obſervationibus, hiſtoriis, exquiſitis agendi rationibus; variâ denique doctrinâ, eruditione, methodo incomparabili ſit undiquaq; concinnatum atq; locupletatũ. In hoc autẽ & Chir-

ur-

urgia ſpiritalis eſt ab Authore primùm excogitata.

VII. De efficaci Chirurgiâ ſectiones duæ: Prior de omnimodâ ſectione: Poſterior de remedio ignis, & Pyrotechnia inſcripta eſt.

VIII. Authentica Chirurgia, i. e. per locos diſcreta communes.

IX. De adjumentis Chirurgiæ tribus, quorum 1. Diætetico-Chirurgicum, 2. Pharmaco-Chirurgicum, 3. Chymico-Chirurgicum indigitatum eſt.

X. De Sophiſticâ Medicinâ rudimentum.

XI. Vaticinator, ſeu de divinatione naturali, quæ ex cœlo, terris, mari, ventis & animantibus apparet.

XII. Phyſiognomię medicinalis idea.

XIII. Conſultationum Medicarum cẽturia.

XIV. De Viperæ naturâ, veneno, medicinâ demonſtrationes & experimenta nova.

XV. De Reſpiratione piſcium.

XVI. De Lapide frugifero, deque Tuberibus foſſilibus.

XVII. De Manûs opificio commentarius ex Galeno.

XVIII. Oſteologia pro Galeno.

XIX. De Phlebotomiâ Seilen, ſeuSalvatellæ ſectione paradoxologiâ.

XX. De naturâ Lithargyrii, item de Stibii pulvere medicato.

XXI. Veni mecum medici curatoris.i.e. Praxis curandorum internorum morborum Neapolitana.

XXII. De Fonticulis.

XXIII. In Scriboniu᷑ Largũ adverſaria.

XXIV. In Hippocratis librum de Morbo ſacro.

XXV. HiſtoriarumChirurgicarumHippocratis ſyllepſis.

XXVI. Corollarium in Aphoriſmorum Hippocratis libros.

XXVII. De triplici corporis humani ſtatu metrica perioche, ex Galeni Microtechne.

XXVIII. Paraphraſis lib. de Mixtis perfectis, qui quartus Meteorologus vulgò vocatur

XXIX. Græco fonte deducta vocabula noſtra corrupta.

XXX. Problematologus Phyſicus, Anatomicus, Medicus, Philologicus.

XXXI. Centuria epiſtolarum latinè ſcriptarum, itemque præfationes variæ.

XXXII. De locis Dialecticis ex R. Agricolâ; ubi & de normâ repetitionis ſcho-

ſcholaribus ſervandâ. De methodis & ordinibus doctrinarũ ex Zabarellâ & Capivaccâ.

XXIII. Panſophia, ſeu de naturali ductu ad omnes ſcientias ad omnesque artes via, ratioque demonſtrata in omni naturâ & ſapientium monumentis, non adhuc abſolutum opus.

XXIV. Iuvenilia, cùm carmina, tùm proſæ, proluſionesque Academicæ.

*Vernaculo ſermone.*

XXV. Philoſophia Scacchiorum, i. e. Ludus Scacchiorum, per omnes eorũ univerſales cauſas ad normam philoſophicam examinatus, origine ejus planè inventâ, & ad Rythmomachiã Pythagoræam revocatâ, problematisque quamplurimis ad partem ludi tàm materialem, quàm formalem, & ad cunctas ejusdem minimas adminiſtrationes & momenta ſpectantibus accuratè reſolutis.

XXVI. Rintrauiamenti delle Rime de Monſignor della Caſa.

XXVII. Topica di Giulio Camillo abbreviata.

XXVIII. Della Comedia antica.

XXIX. Declamationi contra meglio ri Antichi, Phil. Oratori & Moiſaici.

# INDEX

## A.



## C.



Cha-

lau-

FINIS.

## *Errata B. L. ſic corriget.*

A.4. a. l.21. *lege* fovi. A.5. a.l. 11. Se-
ex, verus ſeverioris &c. pag. 5. l. 26.
1 o- p.6.l.21.tenuem.p.11. l. 28. Fœto-
em.p.12.l.24.ſemen.p.13.l.4. Panicoq;.
.18.l.21.aliquot.p.22.l.21. quid. l. 24.
acacium. l.26.ſpatha.p.23.l. 23. quam.
28. eoque. p. 24. l. 20.ſejunctum.p.31.
3. Peponis. l. 25. premimur. p.40.l.3.&
is, quos calida &c.p.41.l.8.ab.p. 46.l.
7. evocant.p.59.l.19.in doliola. p. 64.
12.frumenti.


OPOBALSAMI ORIENTALIS
Examen & Sinceritas.

# OPOBALSAMI ORIENTALIS

*In Theriaces Confectionem Romæ revocati*

EXAMEN,

*Doctiorumq; calculis approbati*

SINCERITAS,

*Reddita à*

JOHANNE GEORGIO VOLCAMERO, Med. Doctore,


Typis Wolfgangi Enderi,
Anno 1644.
*Norimbergæ*

VIRO

*ANTIQVA GENERIS Nobilitate, Eminenti Dignitate, & Spectatâ longo rerum variarum usu Prudentiâ verè*

*MAGNIFICO DOMINO*

CHRISTOPHORO FÜRERO ab Haymendorff/

*REIPVBLICÆ NORIMBERGENSIS DVVMVIRO PRIMARIO, PRÆTORI GRAVISSIMO, SENATVSQ. PRINCIPI,*

S. P. D.

*CVm florentem ac beatum illius Reipublicæ statum putârit Philosophorum Phœnix Plato, quam qui regerent, omne suum studium in doctrinâ & sapientiâ collocâssent: Quo felicitatis quæstu amantissimam nostrã beabo Patriam, quæ ad clavum Imperii dedit fovetq́, Viros,*

*Viros, Atticæ prudentiæ Romanæq́; ſapientiæ æmulos, Catones, Fabricios, Ariſtides, Fabiosq́;, quorum ſalubri ſeveritate efferati ſeculi noſtri malignitate animi in gyro obſequii debitæq́; obſervantiæ teneantur; favorabili verò moderamine candida atq́; amica inter ſe ſubditorum pectora colligata ſerventur. E quorum numero lectiſsimo Te cæterorum Ducem ætatis authoritate gravem cum ſubmiſſo venerationis cultu ſaluto, Ampliſsime Prætor, qui Sanctiſsimi Numinis indultu ad ſupremam Senatûs dignitatẽ conſcendiſti; qui in evectiore hac ſtatione Te nominis omine & ſago & togâ celebrem reddidiſti; qui divinis tuis cõſiliis univerſam ſubditorum Salutem ſtrenuè adjutam voluiſti, anxios eorundem animos ineffabili prorſus humanitate foviſti, egenorum indigentiæ prono benevolentiæ adfectu adſtitiſti. Te Majorum exercuit Virtus, Te Genitoris*

*toris nobilitavit Fama, quam etiamnũ honoris debita repẽdens decãtat Italia.*

*Condiendi exenterata demortuorũ Principum corpora consuetudinem superiora suppeditârunt secula. Præcipuum Generoso Parenti, piè defuncto cõdimentum se sistit Opobalsamum, Regium saltem rarumq́ᵹ, Busbequio teste, munus, quod quinta ordine Baldi, Viri in re Medicâ Excellentissimi propugnatio non sine insigni tanti Nominis præconio largitur. Tantũ scilicet Experientissimus Italus Genti Germanæ attribuit gloriæ, quantum pro sincero sufficere testimonio prudens judicavit. Neqᵹ in eo substitisset, credo, quin nobilissimi fruticis frondem, si itineris sui applaudente Vialium faventiũ fortunâ exantlati rationem publicæ nuncupâsset luci, obtulisset Viro Magnifico, Nobilissimo Prudentissimoq́ᵹ Domino* Lucæ Friderico Behaim, *Reipubl. Norimbergensis Septemviro, Ec-*

*clesiarum & Scholarum Ephoro Amplissimo, cujus vel sola Veritati pro Opobalsamo adstruendæ occulata suffecisset fides, ejusq; splendorem temerè oppugnantium spicula retudisset.*

*Quem itaq; cum præviâ laude cultũ tui Generis Nobilitati declarat Natio Itala, qui possem alii, quàm Tibi, Eminentissime Prætor, præsens hoc offerre opusculũ, suâ etsi mole exiguum, tanti tamen Nominis commemoratione augustum. In Te vivit Beatissimi Patris imago, in Te viget spes patriæ civiumq; amor. Deum supplex veneror, ut tranquillos vegetæ senectuti tuæ annos superaddat, subq; felicissimis regiminis tui auspiciis exoptatã unâ omniũ voce Pacis laureã dulcissimæ patriæ nostræ cõcedat, cujus clementissimæ protectioni Te cum calido interminæ felicitatis voto commendo, tuo verò perenni favoris me humillimè committo. Norimbergæ Cal. Maji An. cIↄ Iↄc XLIV.*

*M. A. N. P. T.* *devotissimus*

Ioh. Georgius Volcamerus D.

# Relatio Historica
## *Controversiæ de*
# OPOBALSAMO ORIENTALI
## Romæ habitæ,
*scripta à*

Cl. Francisco Perla Calviensi, Med. Romano.

ANtonius Manfredus & Vicentius Panutius, primarii in urbe Romana Aromatarii diligentissimique, Clarissimorum quorundam Virorum, (qui operum suorum perfectioni incessanter incumbentes Theriacas suas cum Arabico hoc liquore miro Doctissimorum Virorum applausu atq; suffragio diversis temporibus, diversisque in urbibus composuére) exemplo excitati, agitare cœperunt de Orientali Opobalsamo ad suas Theriacas componendas parando; cui rei operam potissimùm navavit Manfredus, occasione percelebris Pharmaco-

macopolii, ab Eminentiſſimo ac Reverendiſſimo Principe Franciſco Cardinali Barberino, VRBANI VIII. Nepote, hactenus Chriſti pauperum neceſſitatibus, generosâ pietate, dicati: in quo ſelectiſſima quæque aromata, quavis etiam maximâ impensâ, undequaque ſtudioſiſſimè perquirebantur, adeò ut, quod egenis ornabatur, tàm regio eſſet apparatu, ut nec Regibus ipſis majori magnificentiâ atq; ſplendore parari potuiſſet; iisque omnibus parandis Antonium Manfredum, velut ſpectatæ integritatis ac peritiæ Virum, præeſſe voluerat: quapropter Venetiis ab amicis Mercatoribus crebrò ac indefeſſo ſtudio efflagitavit, ut ſi quid inculpati Opobalſami eò adveheretur, emerent transmitterentq;; quemadmodum pluribus transactis menſibus, ne dicam annis, tandem ad ſesquilibram transmiſére, quod Vicentio pariter impertitus deinde eſt, publicèque pluribus diebus expoſuére, cum tabellâ majoribus litteris exaratâ, ad rei novitatem indicandam, utque cuncti ad videndum explorandumque magis excitarentur: mox à Priore & Conſiliariis præclariſſimi Romani Medicorum Collegii, cum aliis quatuor

quatuor Archiatris, additis Nobilissimis Viris, naturalium rerum expertissimis, cum aliquot etiam exterarum nationum Pharmacopæis, qui liquoris illius non vulgarem profitebantur peritiam, examinatum; postque varias explorationes tandem cum horum omniũ voto ab Archiatris, quorum hoc jus est, unanimiter approbatum fuit ut Orientale Arabicum Opobalsamum: neque exinde cæteris in Theriacâ conficiendâ fuit admixtũ, priusquã aliquot pertransissent hebdomadæ, ut cuique major visendi explorandique daretur facultas: atque omni hoc tempore Pharmacopæi, quotquot in Vrbe sunt, ii præsertim, qui Theriacam paulò priùs sine Opobalsamo composuerant, quibus præcipuè novę hujus antidoti fama obesse poterat, perpetuò siluére, videntes & submurmurantes. At quàmprimùm nobile medicamentum confectum intellexére, extemplo ad Summum Pontificem provocant, Collegiiq; Aromatariorum Vrbis nomine supplices exhibent libellos exponuntque, à Romani Collegii Archiatris nobiliora corrumpi antidota, adulteratos & artificiales liquores pro Orientali Opobalsamo ad Theriacam

conficiendam approbantibus: ideoque se pro eâ, quâ in omnium salutem pietate invigilant, enixè petere, ut Theriaca illa, velut hominibus pernitiosa, projiceretur cōcremareturve: Ex quo Princeps Sanctissimus, nil usquam prætermittens, quod in Reipublicæ utilitatem cedere possit, maximam Imperii partem arbitratus communi hominum saluti prospicere, causam hanc Cameræ Auditori commisit, scilicet ut decerneret cum voto Illustrissimi D. Thadæi Collicolæ, Pontificiæ valetudinis moderatoris sapientissimi, intimique Cubicularii; & Excellentissimi D. Ioannis Iacobi Vbaldini, Medici primarii Vrbis; qui statim cōtroversi liquoris specimen seu portiunculam quæsivére, indictâq; die comparuerunt coram ipsis ex unâ parte Antonius Manfredus & Vincentius Panutius, ut se ab intentatâ fraude purgarent: & cum his, ne indefensi manerent, Excellentissimi Viri, Balthasar Bonannus, & Baldus Baldus ex Archiatris illis, qui Opobalsamo subscripserant. Ex altera verò parte magna Aromatariorum manus præsto fuit, procurante Stephano de Gasparis Medico Romano, qui iisdem palàm patrocinàbatur;

tur;

tur; petebantque instanter, ut liquor ille, velut fictitius, damnaretur ignique traderetur Theriaca, quæ ipsius admixtione novissimè confecta fuerat; cœptumque illico severè explorari, num notis responderet, quas Orientali ac syncero Opobalsamo Dioscorides ac Plinius tribuunt. Ac primo in aquę cyathum instillatus, paulò descendit; mox in tenuissimam velut nebulam disjectus ad superiorem aquæ superficiem se recepit; totamque cooperuit, lacteæ instar laminæ, in cujus speciem concreverat: At huic tam egregio experimento Adversarii statim alium opposuere liquorem, nempe Iuniperi oleum; quod in aquā similiter injectum, idē ad amussim efficere visum est. Transierunt proinde ad experiendum, num laneum pannum inficeret; nec minor tunc controversia excitata fuit, de quonam laneo panno intelligendus esset Discorides: Adversarii etenim crassum atque villosum attulerant; hi ex altera parte contendebant non nisi cymatilem vel undulatum pannum, è caprarum pilo contextum, quem vulgò Zambellottū vocant, iis in regionibus reperiri, ac in

illo proinde faciendum esse periculum: Isti præterea supra pannum copiosè effundere volebant; Hi parciùs instillare: ac demum, & supra crassum pannum, & supra tenuem, quem vocant Sajettam, & supra Zambellottum effudére; & ubique liquor ille tenaciter adhæsit, permansitq́;, contrà quàm Adversariorum Patronus expectabat, cujus opinio est cùm tota Opobalsami natura in odore posita sit, necessariò requiri, si in pannum instilletur, totum illicò in odoratum halitum evolare; atque ita maculum evanescere.

Hic profectò Manfredi partes inclinare non parùm cœperunt, exultantib interim Adversariis, nec sine aliquo Arbitrorum applausu; Archiatris nequicquam exclamantibus, impossibile ess viscidum humorem non adhærere; se experimentum hoc maculæ, ut suprà e Alpino explicuimus, esse intelligēdum sed vix erat dicendi locus inter tot Aromatariorum præ lætitiâ gestientium tumultus. Ad lactis coagulationem denique deventum est, pro quâ ipsame lactans capella adducta fuerat; & in lactis haud exiguam portionem aliquo liquoris hujus guttulæ instillatæ fuére

qu

quæ ſtatim liquatæ, in levem laminam ſeſe in ipſa lactis ſuperficie dilatârunt, condenſatæque ſunt; ſed non totum lac condenſatum extitit, ut Adverſarii prętendebant. Exclamârunt Archiatri ex Alpino, valdè imbecillem eſſe in Arabico Opobalſamo congulandi vim; eamque in recentiſſimo tantùm plùs vigere; ſed non ſua iis autoritas conſtitit, nec ulla prorſus ratio eorum tunc habita eſt: quin, indicto jam fine, Adverſarii, velut victoriæ palmam adepti, non parùm exultantes, disceſſére. Sapientiſſimi tamen Arbitri, etſi illis nonnihil aſſentiri viſi fuerint, ſententiam ferre ſummâ tunc prudentiâ diſtulerunt.

Angebantur interim Manfredus & Panutius videntes Theriacam tantâ diligentiâ atque induſtriâ, tantoque Doctorum Virorum applauſu hacten⁹ ab ipſis elaboratam, nunc ut deterrimam conculcari: nec minori vexabantur anguſtiâ Archiatri ii, qui ſubſcripſerant, cùm ſe, ut aromatum inſcios atque incautos, non exiguâ exiſtimationis jacturâ à plerisquè condemnari cognoſcerent; ſed Adverſarii pariter anxii vivebant, quòd ſententiam adeò ab ipſis expetitam, indies differri, neque ullâ extor-

queri

queri posse instantiâ, conspicerent: Quamobrem cæteros consulere, & unusquisque magni nominis Viros in suam trahere opinionem studiosè quæsiverunt: Adversarii etenim ad Neapolitanum Aromatariorum Collegium, & ad Petrum Castellum, in Mamertinorum Academiâ primarium practicæ Medicinæ Professorem, & Botanicum expertissimum, literas cum liquoris portiunculis dederunt. Manfredus Campios, peritissimos Lucenses Aromatarios consuluit, liquoremque transmisit. Archiatri demum, qui scilicet subscripserant, à Ioanne Veslingio, in Patavinâ Academiâ simplicium Professore, qui pluribus annis Cayri apud Venetos Cõsules Medicinam exercuit, & Prosperũ Alpinum de plantis Ægypti doctissimis annotationibus illustravit; ab Æmilio Parisano, Veneto Medico Celeberrimo; & à Ioanne Nardio, Doctissimo Magni Ducis Hetruriæ Medico, sub cujus fide selectiora ibi pharmaca, & quicquid singulare ex simplicibus medicamẽtis est, adservatur, consilium hac in re petiére, unicuique liquoris portiunculâ transmissâ, atque ab his omnibus ea lachryma examinata primùm fuit; mox cum indu-

indubitatis aliis Opobalsamis comparata; postremò unanimiter approbata laudataque, ità ut Neapolitanum Aromatariorum Collegium epistolam vulgari idiomate, sed non vulgari peritiâ exaratam dederit, quam nostri Aromatarii, ut minùs eis propitiam, in cassum supprimere tentârunt; atque inter illos peculiariter enituit Ioseph. Donzellius, simplicium medicamentorum indagator solertissimus, peritissimusque Aromatarius, qui peritiæ suæ specimen plu-ries eâ occasione typis exhibuit; Petrus Castellus absolutissimum edidit Opusculum, cui Opobalsami examinati laudatique titulum fecit, & aliud paulò pòst emisit, triumphantis Opobalsami titulo insignitum: cùmq; nondum Adversarios acquiescere appareret, Opobalsamum fulminans tunc pollicitus est; cæterique omnes doctissimis epistolis approbationem declarârunt, quas Baldus Baldus cum doctissimis propugnationibus suis hactenus evulgavit. Demum, cùm in hac Orbis atque Vrbis luce tunc degerent, & nunc aliqui degunt, qui Cayrum pluribus inhabitaverant annis, ac mercaturæ & alterius negotii gratiâ orientales lustraverant plagas

gas

gas, ut Ioannes Baptista Valtrottus, Marcus Avantius Pharmacopola & Chirurgus, Cosmus de Nigris novissimè inde reversus, & Ioannes Molinus Armenius, linguarum interpres; hi pariter omnes consulti, ostensaque controversa lachryma, ut Arabicum Orientale Opobalsamum, ex oculatâ, quam habebant, peritiâ, agnoverunt probaruntque.

Duo duntaxat, tresve Veneti theriacopæi, cùm ab Adversariis delatum ad eos fuisset, eorum Theriacam hîc Romæ haud benè apud quosdam Archiatros audire; indignati, in liquorem hunc conspirârunt, examinatis juridicè testibus se probâsse asserentes, illum Cayr à Cosmo de Nigris prædiviti Aromatario fuisse vili pretio emptũ, & Venetia asportatum, indeque Romam transmissum: quòdque insuper liquoris ejusdem œnopharum Terebinthum adhuc, Iuniperumque olens, ibi supersit; Qua Adversariorum assertio, qualiscunque ea sit, cum plausu à compluribus excepta fuit, cùm ipsimet ultrò fateantur, liquorem illum non fuisse hîc Romæ Manfredo dolosè confectum, ut ab initio asserere ausi fuerant.

Ian

Iam ſatis ergò laudis peregrinæ huic achrymæ, ejusq; propugnatoribus, ex nſignium Virorum atteſtatione partum idebatur; Archiatrorumque exiſtimaioni ſat benè conſultum: tempus quipè proſtratæ veritati non parùm lucis ttulerat; Theriaca decenti pretio, nec ine emptorum frequentiâ atque aplauſu vendita, & ab Inclytis compluibus Vrbibus ſtudioſiſſimè perquiſia.

## Literæ Romani Collegii Aromatariorum Neapolim datæ,

*Ex Tuſcâ in Latinam tranſlatæ.*

Almo Aromatariorum Collegio Neapolitano.

VIri Clariſſimi & Obſervandi: Non diu eſt, quòd pharmacopœo cuidam noſtrati Venetiis miſſa fuit cuusdam liquoris, Opobalſami nomine, non exigua portio, cujus color turbidus, odor reſinoſus, Iuniperum & Terebinhum referens, amariuſculus ſapor & ſubdſtringens: qui ſi aquæ infundatur, undum petit, & ſtatim iterum elevatur, urſum ſeque diffundit. Quoniam verò achryma iſta non exactè correſpondet notis

notis, genuino Opobalſamo à Theophraſto, Dioſcoride, Galeno, Plinio, Avicennâ &c. adſignatis, neque adeò omnibus Proſperi Alpini indiciis, in odoris fragrantiâ, & lactis coagulatione &c ſatisfacit: Noſtrum proinde Collegium veritatis amans, in re tanti momenti, de quâ cum modernis Antiquiores quoque ambigebant, & adulterii ſuſpicione non carente, veſtro confidens Candori atq; Integritati, cum portiunculæ illius oblatione obnixè rogat, ut illi veſtram liberè ſententiam in publicæ utilitatis gratiam, noſtiæqne profeſſionis honorem aperire atq; exponere dignemini, quid ſcilicet de hoc ſentiendum ſit ſuppoſititio Opobalſamo? an illud in Theriacę confectionem admitti poſſit? utrum idipſum Excellentiſ: Medici veſtrates pro vero habeant Opobalſamo? &c. Quę omnia & ſingula inſigni veſtro favori accepta referet in obſequiis paratiſſimum, quod cum officiosâ ſalute Vobis à DEO Opt. *Max.* perennem precatur felicitatem. Romę 17. Sept. A. 1639.

*CL. VV. Addictiſſimi Servi veſtri,*

| | |
|---|---|
| *Ioh. Antonius,* <br> *Bucciottus Bucciotti,* <br> *Zacharias Tedici,* <br> *Anſelmus Bonafolia,* | *Conſules Collegii Aromatariorũ Romani.* |

*Reſponſio*

## Viris Illuſtribus atque Obſer-
andis, Dominis Conſulibus In-
clyti Aromatariorum Coll.
Rom.

*In Latinam translata.*

QVod reſponſum ad datas C.V. tar-
diùs voto fertis, culpa ei, cui Ve-
ſtras commiſiſtis imputanda, qui
ucis illas abhinc diebus nobis obtu-
: Controverſiæ quoque intra Colle-
um V. atque Medicos Excellentiſſi-
os agitatæ gravitas, ne absque maturâ
tentiam proferremus conſideratio-
obſtitit: Veſtro proinde juſſui obſe-
entes & correſpondentes honori,
em nobis, noſtrum expetentes de eo
icium, defertis; Si ſecundùm Anti-
orem de re propoſitâ ſcribentium,
eophraſti, Dioſcoridis, Plinii, alio-
ive authoritatem litem hanc diri-
e voluerimus, qui de materiâ ſæpiꝰ
viſâ, ſed ex aliorum ſaltem relatio-
udicârunt, plurimis nos expoſitos
difficultatibꝰ omninò arbitramur.
mplo ſit ipſe Dioſcorides, qui etſi
gentiſſimus in medicamentis, quæ
corâm

coràm vidit, indagandis extitit, ſatis ta
men eſt confuſus & intricatus in pere
grinis, Amomo, Cinamomo, & infini
tis aliis, quæ brevitatis causâ non attin
gimus: Quòd ſi verò illi adhæſerimus
qui inſigni cum perſpicuitate ſtudioſ
que rem controverſam pertractavi
Proſpero Alpino, Excellentiſſimo æ
ſui Botanico, qui per novem annos M
dicum Clariſſimi Venetorum Conſul
in Cairo egit, ubi Medicorum tàm Æ
gyptiorum quàm Hebreorum auxili
plantam penitiùs indagare, modumqu
colligendi Opobalſamum, notasque v
ri Carpobalſami & Xylobalſami add
ſcere potuit, quod in ſui de ſeipſo teſt
tur de plantis Ægypti tractatûs capi
14. Et multò clariùs in ſuo de Balſan
dialogo, quod cum Abdella Arabe
Abdachim Hebræo Medicis in exam
vocat, in quo omnes propoſiti nego
difficultates tàm clarè & perſpicuè ſ
vit, ut veritatis amanti nullus ampli
ſupereſſe poſſit ſcrupulus. Poſito h
tanquam veriſſimo, quod affirmare
Antiquis eorum fautores vix poſſu
quibus nec videre nec obſervare unq
hanc licuit plantam, aliorum tantu
modò relatione contentis; Opobal
mu

ıum hoc Venetiis transmiſſum, ante-
ac nobis incognitum, præterquam
xcellentiſſimo Mario Schipano, Gene-
ıli noſtro Protomedico, Viro in re Me-
icâ Verſatiſſimo, in domo Ieſuitarum
ujus urbis profeſsâ viſum, ubi ampul-
eo repleta aſſervatur, exactè cum hoc
eſtro nobis communicato convenire
ſtamur. Neque id videatur Vobis ab-
ırdũ; inſignem enim ejus quantitatem
Iechæ & Medinæ Arabiæ felicis col-
gi certum eſt, unde, Seiriphus regionis
lius dominus Turcarum Imperatori,
aſſæ Cairi, aliisque Principibus ali-
ıot libras dono mittit, quas peregri-
itium comitatus ſingulis ſecum annis
lfert. Nec minùs verum eſt, magnâ
ım ſedulitate iſtis in regionibus Balſa-
i coli plantas: unde prædicto Seiri-
ıo vectigal Opobalſami ad aliquot
ronatorum millia aſcendens perſol-
tur.

Quod hujus liquoris conditiones at-
ıet, ſaporem ejus amariuſculum lin-
amque modicè ferientem & ad-
ingentem deprehendimus. Ejus inſu-
r liquefacti guttulam aquæ tepidæ
ſtillatam uno oculi ictu per univer-
n aquæ ſuperficiem diffuſam, atque
telæ

telæ inſtar araneæ expaſſam, ſtylo inde rurſus in altum levatam colore coactã lacteo vidimus: Lanæ quoque injectam ejus guttam adhæreſcere experti ſum⁹, maculam verò ad olei modum non dilatari. Fortaſſe nobis objicietis colorem transmiſſi liquoris melleum, cum Opobalſami candidus requiratur; quod etiam in eo tanta odoris fragrantia ab Antiquis maximoperè decantata non percipiatur, nec lacti inſtillatus illud coagulet. His quamvis ex aſſe ſatisfecerit dubiis Proſper Alpinus; id tamen nos addimus, colorem ei lacteum & album tum ineſſe, quando ab ipsâ deſtillat plantâ, qui ſuccus collectus inditusque vaſculis vitreis vireſcit, turbatur deinde turbidusque aliquandiu permanet, poſtea fecem in fundo deponit in colorem paulatim vergens aureum, qui inclinãte ejus in ſenium ætate melinus evadit, atque conſiſtentiam Terebinthi acquirit. Eadem odori ſufficit reſponſio, qui in initio acutus & ſuaviſſimus remittit deinceps & evaneſcit ætatum ratione. Objectioni de lacte reſpondet Alpinus, quòd ad perfectam ejus coagulationem attendere non debeamus, cùm hujus conditionis ratione

non

ıon habeant ipſi Medici Ægyptii.Pote-
imus autem hanc Opobalſami notam
n primam ejus referre ætatem, cùm e-
us adhuc viget acritas, odoriſque ve-
ıementia, quæ ſanguinem è naribus
quorundam eliciat: tunc etenim multò
alidiùs caſeoſas lactis à ſero ſeparare
oterit partes, & per conſequens illud
oagulare. Tandem, ut ſententiam no-
tram liberiùs proferamus, nos, ſi liquo-
is ejus ſufficiens adeſſet quantitas, lu-
entes eum in locum ſuccedaneorum
ecepturos teſtamur. Illi, qui contrariæ
ddicti ſunt ſententiæ, quid liquor hic-
e ſit, explicare, adulteriumque atque
npoſturam illius detegere tenentur.
Jil dicunt, qui Iuniperum aut Terebin-
ıum admiſtum ſtatuunt; neque enim
eſinam, ſed gummi producit Iunipe-
ıs. Odorem Terebinthi aliquâ ex
arte cũ Alpino admittimus: neque ta-
ıen liquefactam Terebinthi reſinam &
quæ immiſſam deſcendere, iterumque
d aquæ ſuperficiem aſcendere, & ut
anſmiſſum à Vobis Opobalſamum, te-
m lacteam ſuperiùs indigitatam effi-
ere concedimus.

De illo altero, quod ſub nomine fe-
s Opobalſami miſiſtis, judicium no-

ſtrum differimus, donec, utrum hæc Romæ ab Opobalſamo ſecreta, an autem ſeparata Venetiis fuerit miſſa, indicaveritis. Hæc fuére, quæ pro reſponſo propoſita ſublimi V.C. judicio promtiſſimè ſubjicere voluimus, omnem V.D. honorem deferentes. Neapoli Cal. Mart. 1640.

*D.V.C.*

Addictiſſimi ſervi

*Paulus Ciminus, Duumvir & ex octo*
*Petrus Pirus, Duumvir,*
*Andreas Naſtarus, ex octo*
*Ioh. Thomas Ceſarius, ex octo*
*Veſpaſianus Iacobus, ex octo*
*Ioh. Baptiſta Beghinus, ex octo*
*Chriſtophorus Longus, ex octo*
*Andreas Purpura, ex octo*
*Albertus Deſius, ex octo*

} *Collegii Aromatariorũ Neapolitani.*

## Literæ Romani Aromatariorum Collegii ſcriptæ ad Illuſtrem & Excellentiſſimum Dn.

## *Petrum Caſtellum, Profeſſorem artis Medicæ primarium Meſſanæ.*

Latinitate donatæ.

Phar-

PHarmacopœorum quidam pro vero
Opobalſamo expoſuit hîc Romæ li-
quorem quēdam Venetiis ſub eo trans-
miſſum nomine, cujus color turbidus,
odor reſinoſus (Iuniperum enim & Te-
ebinthum redolet) ſapor parumper a-
marus, cum quadam adſtrictione. In-
tillatus ille in aquam deſcendit, poſtea
ſcendit rurſus, ſeſeque diffundit. Quo-
iam verò notis ſinceri ab Antiquis,
Theophraſto, Dioſcoride, Galeno, Pli-
io, & Avicennâ, &c. adducti non cor-
eſpondet; minùs verò omnib⁹ iis, quas
onit Proſper Alpinus, ſuavitati puta
doris, lactis coagulationi, &c. Hinc
oſtrum Collegium tantæ rei certitu-
inem noſſe deſiderans, in quâ Antiqui
: Moderni ſcriptores fuére parci, adul-
erationis ſuſpicionem ſemper fovētes,
: confidens Tuæ Integritati, Iudicio
que Humanitati, cui non hæc ſaltem,
erùm etiam aliæ melioresque rationes
ognitę tuum expedit judicium obnixè
gitans, ut in publici commodi gratiā
onoremque Collegii noſtri, quid de
oc ſuppoſititio ſentias Opobalſamo,
dem exponere non dedigneris: quan-
oquidem dictus ille Pharmacopœus
ceptum id quoque à Iohanne Ponâ

Aromatario Veronensi prætendit. Quæ omnia pro singulari favore insignique gratiâ excipiet officiis suis Tibi obviũ, Romæ 22. Septemb. 1639.

*I. E. T.*

*Devoti addictissimiq; servi*

Collegium & Consules Aromatariorum Romæ.

---

*Responsio.*

## Consules Collegii Aromatariorum Romani Clarissimi, Domini & Patroni Observandi.

*Latinè versa.*

QVo hacten' affectu veneratus fuerim Collegium Romanum Aromatariorum, mei labores servitiis ejus addicti, quos pro defensione illius in libro *de medicamentorum duratione* exantlavi, indicio esse poterunt: deinde & patrocinium quorundam Pharmacopœorum speciale in tractatu *de modo siccandi simplicia, de Electuario Rosato* susceptum; atque ulteriùs in honorem illorum, qui Romæ suam Theriacæ con-

conficiendæ locârunt operam, ſcripſi *de ſubſtituto Opobalſami.* Neque hîc ſaltem ſubſtiti, ſed publico Aromatariorum commodo meam ſanxi *Pharmaceuticã*; quin ipſas quoque *in Antidotarium Romanum annotationes* cum adjuncto *memoriali.* Quamvis verò ſummam hactenus Veſtram in me benevolentiam derivatam abundè ſenſerim, gratiſſimũ tamen exinde redundantem, in tantâ honoris oblatione perſentiſcere mihi videor fructum, atque adeò Veſtro lubens pareo juſſui uti juſto, ſic verè prudenti. Quoniam verò mihi, ut in publicæ utilitatis gratiam, Veſtriq; Collegii honorem, quid de ſuppoſititio hoc ſentiam Opobalſamo, explicem, injungitis, illud in uſum adhibuiſſe doctrinâ, prudentiâ, induſtriâ & ſimplicium cognitione conſpicuos, Ponam & Calceolarium, Pharmacopœos Veronenſes, compertum habeo. Plurimùm verò admiror providam Veſtram curam atque ſolertiam, quòd in re tanti momenti Veſtro, quamvis exactiſſimo, multâque experientiâ confirmato fidere non auſi ſitis judicio, ſed & meum amiciſſimi Veſtri conſilium requiratis. Et certè, quis de tali, quem ſincerum

Veteres obtinere vix poterant, si fidem verbis Theophrasti, Dioscoridis, Plinii, & Galeni habuerimus, non dubitet liquore? Illi siquidem, ut genuinum verumq; patrio suo efferri solo crederent Opobalsamum, adduci non potuére, cùm à multis seculis in Europâ non fuerit visum. Quibus itaque occultabatur in latebris, aut quibus latebat in vinculis, quo detinebatur somno? Iam verò nitidum, purum, sincerumque ad nos deferri vix fidem meretur. Nec ego credidissem (quod in meo etiamnum videre est Antidotario) nisi multiplici idipsũ experientiâ omnibusq; ejus notis probè examinatis nativo correspondens reperissem. Non potui proinde, quin acceperim id atque deprędicârim pro Opobalsamo vero, puro, recenti, legitimo, quod Vestro Collegio ita jubenti referre non dubitavi, ut omnem ipsi adimem scrupulum inque meâ confirmem opinione, nobile nimirum Opobalsamum singulari Dei providentiâ ex Barbarorum manibus, ut in usum Romanorum cederet, esse elapsum. Ne autem Vos in Balsami examine ad plerorumque Excellentium Medicorum & Pharmacopœorum peritissimorum exem-

exemplum deciperemini, maximè optare. Dum enim id Veteres aquę infusum *lactescere* inquiunt, non *lacteam fieri aquam*, sed ipsum Opobalsamum *lactefieri* perhibent: hinc frustrà lacteum aquæ candorem expectabitis. Legatis, velim, quæstionem 24. quæ Opobalsamum aquæ instillatum congelari ad lactis formam innuit, quod item atque *lactescere*, cùm illud aut frigidate aquæ condensetur, aut calore induretur. Quin ipse Plinius, *densatur*, ait, non, *densat aquam*, minùs verò, *lactefacit*. Hinc Vester, stante hâc Veterum sententiâ, quòd idipsum lactis acquirat formam, non verò lacteam efficiat aquam, inquisitionis in tale, quod lactis colore imbuat aquam, labor irritus futur⁹. Actum insuper agetis, si eo ipso coaguli instar lac concrescere volueritis. Dioscorides, *sincerus*, inquit, *in aqua aut lacte celerrimè liquatur, coloreque lactescit*. p. p. *in lacte liquatur & colore lactescit*. i. e. liquefactum in lacte lactis colorem æmulatur, non substantiam. Neque enim, ut in lacte colliquescat, perinde ut in aquâ, opus est; si saltem se coaguli formâ coëgerit, sufficit; alioquin si lac universum condensatum volueritis, ut

insignem Opobalsami recentissimi, lac referentis, subacidumq; coagulo (quod nil aliud est, quàm lac in animalis ventriculo acescens) similem habentis saporem admisceatis necessum erit, hâc enim & nullâ aliâ coagulandi rationem habebit viâ. Tertium in macularum examine vix evitabitis errorem, si Opobalsamum panno confertim affundentes fortiter affricueritis, ut tota ejus penetret substantia, dum itaque cum aquâ illam eluere tentaveritis, labem Vestram in scriptis Veterum, Græcæ Latinæquæ linguæ prodetis ignorantiam. Observate, quæso, ea, quæ quęstione 21. proposui, & vim vocabuli ἐπιςαγεὶς à Dioscoride allati ponderate. Interpretes vertunt *instillatus* & *guttatim*, non autem confertim infusus, & affricatus, verùm Ciambellotto leviter illapsus. Si vobis placeat modus Simeonis Sethi, instillate primò Opobalsamum in aquã, hoc exemptum cymatili panno injicite, nec id ullam efficere maculam videbitis: aut maculatam laneam telam confestim aquæ immergite, tunc Balsamũ sursum tendere conspicietis. Quid? quòd pluribus rem solicitè indagans ex-

experimentis, guttam ejus panno, Baracane dicto, coloris cinerei aspersi, turpem ille contraxit maculam, nigricantem, tenacem, resinosam, abluitioni nō cedentem; quam bimestri etiam spacio præterlapso adinveni induratam, eamque levi attritu in pulveres satiscentem excussi. Hinc ut prudenter cautèq; hoc examinis genus instituatis, ne quemvis sine judicio imbuatis Balsamo pannum, ejusque dein labis notam aquâ emaculare tentetis, suadeo: res enim nec possibilis, nec apud pueros fidem meretur. Nolite proinde inertes adeò tantæque arguere stoliditatis Antiquiores, eosq;, resinam quandam viscosissimam, quæ flammam, sicut reliquæ resinæ, facilè concipit, manui tenaciter adhærere, non verò panno, dixisse fingatis. Ecq̄s enim credet? Hæc fuére, quæ pro temporis occasione ad Vestras succinctè respondere constitui, brevi exactius Opobalsami oblaturus examen, quò meam circa id investigandum verumque obtinendum perspiciatis industriam, obviumque Vestris servitiis obsequium. Vt autem semper me jussui Vestro obtemperantem, promtum paratumque experia-

mini, omni enitar ſtudio. Benè & feliciter valete. Meſſanæ 20. Octob. Anno 1639.

*C. VV.*

*Addictiſſimus Servus*

Petrus Caſtellus.

# DE RECENTI BALSAMO
*Pro*
## ORIENTALI
## in urbe advecto
## Disquiſitio.

*AVCTORE EVONIMO.*

EXcellentiſſ. D. D. Rogatus ego, Evonimus, ut pro veritate ſcriberem, quid ſentiam de nuper approbato Balſamo naturali ex Oriente, uti ſchedula prædicabat in compoſitione Theriacæ Magn. D. Antonii Manfredi, viſum eſt, ad excitandos in arte peritos & ad communem utilitatem, rem paucis tractare: Vt ſi per Collegium Medicorum hoc recenter advectum pro vero Balſamo recognoſcatur, gratias agamus de tàm utili & prædicato aromate. Sed per Collegium integrum, quando convocatum non fuerit ad hujus disquiſitio-

itionem, adhuc probatum nequaquam
ffirmari poteſt. Sin minùs, hoc Balſa-
num non ſit, fraus detegatur; ex appro-
ɔatione vel rejectione qualitatum in
ſto traditarum, à Claſſicis Authoribus
llius approbationis, à ſenſatis & peritis
n recognoſcendis ſimilibus ejiciatur.

Ac primò velim, D. D. mei recogno-
ſcant Antidotarium Romanum, in quo
naturâ deliberatione per tot ſecula ſta-
utum fuit, in Opobalſami ſuccedaneo
oni debere Balſamum Occidentale, de
quo Garzias ab'Orto, etſi longè diver-
ſas arbores ponat in Occidente, Pini al-
itudine, folio diverſo à tradito à Dio-
ſcoride, Plinio, & Theophraſto, tamen
ob excellentiam odoris & fragrantiam
etiam Summi Pontifices in Indiæ regio-
ibus, quod poſſit & in novâ Hiſpaniâ,
bi naſcitur, & ubique terrarum in no-
o mundo in conſecrando Chriſmate
dhiberi Bullæ exiſtunt; ſed, ſi credi-
mus Pharmacopœo Siculo Meſſanenſi,
qui omnes nominat, qui ubique terra-
um pro Balſamo naturali ex Oriente
ſuccedaneum ponunt oleum ex Nuce
Moſchata; Noſtri Romani Antidotarii
uthoritas major erit: nam dicit ſolum-
modò, vim habere Balſami veri Orien-
 talis

talis oleum è Cariophyllis & è nuce Muſcata. Quæ conſuetudo, ne pretioſiſſima Theriacæ compoſitio mortalibus deſit, adhoc uſque temporis ſemper ubique terrarum probata fuit; quod & Doctiſſimi Medici & periti Pharmacopolæ ſemper affirmârunt, ſcil. Balſami ſuccum, lignum, ſemē verum hoc tempore, Orientale naturale non inveniri.

Sed rem cominùs diſcutiendam proponamus in tantâ rei diſtinguendæ & probandæ difficultate, cùm nemo ſit Medicorum in Vrbe, ad cujus manus verum Balſamum Orientale devenerit. Quæſtio igitur tota duabus propoſitionibus continetur. Prima: An ſit veriſimile, Balſamum Orientale hoc tempore dari. Secunda: An propoſitum Balſamum & ab aliquib⁹ approbatū pro Balſamo Orientali, ſit verum Balſamum Orientale, de quo Plinius, Theophraſtus, Dioſcorides, Solinus, Strabo. &c. notas & qualitates tàm diſtinctas deſcripsêre in ſuis voluminibus. Ac de primo capite, ſcil. an hoc tempore Balſamum Orientis dari & inveniri poſſit; habenda primùm videtur diſtinctio, nam Orientis regio quarta pars mundi eſt; ſed hâc voce, Orientis, utimur ad diſtinctionem

Occi-

Occidentis novi orbis reperti à Castilianis pòst Indias detectas, & ampliùs de illâ solùm parte Orientis loquimur, ubi in Indeâ, Ægypto, nobilissimum & odoratissimum Balsamum nascebatur, cultum in hortis & gloriâ Salomonis, ob cultum templi. De quâ quæstione primùm declarandum videtur, an verè fuerint Balsami horti in Iudæâ & in Ægypto, quo tempore & quodnam Balsamum ex illis regionibus; Secundò, an per mutationes Imperatorum, Provinciarum devastationes, excidia populorum, templi DEI in Hierosolymis desolationem, Titi Hierosolymæ depopulationem, horti illi, in quibus Balsami plantæ, devastati & deserti inveniantur. Quibus probatis verum Balsamum & genuinum, saltem tale, quale à Diosc. Theophr. Plin. describitur, & in qualitatibus probari non possit, concludendum videtur.

De primo capite, quod in Iudæâ & Egypto fuerint horti Salomonis, in quibus Balsami plantæ colebantur, & à quibus nobilissimum Balsamum extrahebatur, clarum & indubitatum est primò, ex sacrâ paginâ; secundò Plinius, qui tẽporibus Vespasiani, hæc habet: *In*

*excidio*, à Tito, *illius civitatis ſaviére Iudæi in eam arbuſculam, ſicut in vitam ſuam ; contra defendére Romani, & dimicatum pro frutice eſt.* Ampliùs, *Romæ viſam plantam in Triumpho Pompeji, devicto Mithridate, & in Triumphis Veſpaſianorum* adſerit. Ac tandæ fidei teſtimonium Plinii eſt, ut fiſcum Romanum hortos illos regios, unum XX. jugerum, alterum pauciorum reſtauratos, cultos, ex quibus fiſci acceſſionem enumerat, tàm de Opobalſamo quotannis, quàm de viticularum vel arbuſtorum amputatione ad DCCC. acceſſiſſe ex Xilobalſamo addat; & hoc ſolùm ſatis ad probandum, in ſolo Iudææ ſolo naſci Balſamum, quod eſt accipiendum, optimum ſcilicet & perfectè cultum.

Dioſcorides verò ſcribit ; *Naſcitur Balſamum in Iudæa & Ægypto.* Theophraſtus : *Naſcitur Balſamum in quadam valle Syriæ duobus in locis, uno jugerum XX. altero minori*, quaſi per verba Plinii loquatur, vel Plinius ab ipſo. Iuſtinus Hiſtoricus : *In Iudæa in valle Hierico naſcitur Balſamum quodam in loco, ubi regale palatium & hortus Balſami reperitur.* Strabo l. 15. Geog : *Apud Sabæos Thus, Myrrha, Cinamomum, & in*

*in illorum finibus Balſamum*, de quo nato in finibus Sabæorum dicimus, non ſolùm à Macrobio & Pauſania, ſed & à DiodoroSiculo in Bibliothecis affirmatum, *apud Arabes, Nabatheos, in convalli quadam Balſamum, quod vocant, gigni, unde luculentum ipſis vectigal accedit, propterea, quòd nuſquam in orbe terrarum hæc ſtirps invenitur, quæ plurimũ quoq; ad Pharmaca uſum Medicis præſtat.* Affirmatum id ex Ioſepho Hiſt. l. Antiq. *In advẽtu Reginæ Sabæ, ſub nomine Eſther in verbis Reginæ beneficio Balſamum in Iudæâ propagatum, cùm plantulas Balſami inter reliqua dona Salomoni vivas aſportavit.*

Ex quibus duo puncta colliguntur, fuiſſe tempore Salomonis in Iudæa tàm cultos & optimi Balſami feraces hortos, ut *de ſolâ Iudæâ* Plinius & Dioſcorid. & Theophr. *ob excellentiam de Balſamo* prædicarent: cùm ſic de odore Plinius; *omnibus odoribus præfertur*; Dioſcor. *odoratiſſimum, ſuaviſſimum*: Ita reliqui. Et hoc eſt indubitatum, vel fuerit id DEI voluntate, vel cicuratione & diligentiſſimo cultu, putatione, foſſione, raſtris, ablaqueatione; utrumq; puto, cùm cicuratio & putatio & foſſio ad no-

nobilitatem ſucci & fructûs plurimùm valeant. Secundò, quòd plantæ in Iudæa & in Ægypto, prout videbimus infrà, advenæ, non patriæ fuerint, cùm à Reginâ vivæ dono datæ Salomoni in Iudæâ viguerint, & in Ægypto, teſtimonio Matthioli, ob gloriam Soldanorum viguiſſent, & Bellonii atteſtatione ad paucas, numero 10. ad præſens vigeant in Machera, oppido propè Cairum. Et de hoc capite ſatis.

De ſecundo verò capite, quòd per temporum, Imperatorum mutationes, cultorum negligentias, vaſtationes, excidia populorũ, quę erant in hortis regiis, devaſtatæ & abolitæ ampliùs non vigeant, nec de illis ſermo ſit, ſed perpetuum, ob Barbarorum imperium, ſilentium ſit impoſitum, patet apertè. Nam in captivitate populi ab Antigono, templi excidio, & Regum illorum translatione ad Babylon nec templi cultus, nec hortorum Balſami fuit per multos annos mentio. Ab Esdrâ, templi DEI reſtauratore, admitto, quòd horti redditi & culti fuerint; ſed à Titi quoque excidio, ob vectigal à Romano fiſco redditi: quid dicemus per intervalla temporum à Tito per tot Imperatorum ſucceſſio-

eſſiones, de excurſionibus finitimo-
um populorum, Adriani quoque poſt
iovam Hebræorum rebellionem exter-
ninationem, usque ad glorioſam expe-
litionem Gottofiedi Buleonis, Chri-
tianorum primi Regis Hieroſolymæ,
& Dominii continuationes per annos
.XXX. In quorū hiſtoriis Balſami ſucci,
iec plantę minimum quid. Vnde indu-
ɔitatum eſt, in regione Iudææ, ubi opti-
num deſcribitur, extinctas plantas o-
nnimodè, nec de hortis Salomonis ha-
ɔitam mentionem. Vnde his deficien-
ibus, quid de Opobalſamo aut Xylo-
alſamo & fructu loquantur Authores,
on habent. Sublato enim fundamen-
o corruunt cætera; loquor de Balſamo
udeæ, de quo loqvuntur Plin. Theo-
hraſtus, Dioſcorides.

His pręmiſſis ſatis demonſtratur va-
itas illorum, qui Balſamum Orientale
rædicant naturale, ex qualitatum re-
ognitione non probatā, ut infra dice-
ius: manifeſtiſſimè arguuntur ex an-
uâ miſſione R. P. Franciſcanorum de
Obſervantiâ, qui quolibet anno, cùm
iittantur ad cultum ſancti ſepulchri D.
J. I. C. & perpetuò frequentiſſimè re-
eant, optimi informati etiam de mini-
mis,

mis, ne verbum quidem de Balſamo dicunt, & tantùm morati per illa loca & & in valle Hierico, non obſervant niſi verbum Domini : *Ecce relinquetur domus veſtra deſerta*; prout deſerta & ſine cultu videntur illa loca. Nec Alepi in plateis, nec Hieroſolymæ ampliùs, ſicut Cinamomum & Balſamum aromatizans quid videtur odorem dediſſe ſuavitatis ; Ita teſtantur & ita loqvuntur frequentes peregrinationes. Conſules Venetorum, ſi de tàm pretioſo liquore ad hunc diem eſſet mentio, certiores nos feciſſent, quando Venetiis Collegium Medicorum ſubſtituit pro Balſamo grana Iuniperi : poteſt id accipi, ac ſi Balſamum verum non reperiatur, cùm à navibus illorum cætera habeantur Pharmaca Orientis. Et hæc ſatis de primo capite, an dari poſſit Balſamum verum, naturale, ex partibus Iudææ, uti erat tempore Salomonis, & ex Iudæâ extractum, vel ex hortis in Iudæâ ſitis.

De ſecundo verò capite, circa qualitatum recognitionē eſt in medium Galenus adducendus, 2. de Antid. c. 12. & 13. Is namque etiam ſuis temporibus, quę fuére Antonini, in componendâ Theriacâ diligentiſſimè tradit regulam

ab

b ipso observatam cognoscendi impo-
turas & falsitates Balsami etiam suo
empore frequentissimas, his verbis c.
2. *Licere unicuiq; discere, tùm alias o-
nnes notas gustui, & olfactui perceptas,
uibus probatur, medicamentum certis-
imè agnosci, & ab improbatis secernitur,
& in quibus etiam oculis quoq; percepta
ualitates, haud parùm utilitatis adfe-
ant.* &c. Ita ut in odore, & gustu & vi-
u indagari debeant qualitates medica-
nentorum. & c. 13. certam affert regu-
am; *scilicet ad loca Iudææ peragravi, &
estillantem Balsamum observavi, cujus
articulam ad cæterorum comparationem
necum defero, ad imposturas & callidis-
imas artes, quibus etiam peritissimos fal-
unt.*

Quis est, D. D. mei, qui non dubitet
x his verbis Galeni de falsitate Balsami
ummo jure, cùm non habeamus ve-
um, ex cujus comparatione falsum a-
noscatur: sed videamus nunc, an qua-
tatibus traditis correspondeat ad præ-
ns allatũ, tanquam è cœlo advectum.

De odoris suavitate & excellentiâ
enè observatum allatum, nullas agno-
o qualitates servatas: siquidem vix
dor percipitur naso admoto, quin po-
tiùs

tiùs inſuavitas, & Plinius ac reliqui ſuperare omnes excellentias odorum prędicant ſuaviſſimum, & in longè diſtans efflare bonum odorem à parvâ illius quantitate; ſaporem autem ſubauſterum habere, & ſuave, leve, gratum percipi: quis ex guſtu iſtas recognoſcet qualitates? ad Iudices appello peritos, & ſine livore proprio ſenſu vera edicentes, &c. Reliquas probationis conditiones non examino, quòd majori opus ſit experientiâ & probatione. Primò, ſi lac coagulatur; ſecundò, ſi macula in pannis non relinquatur, ſed odor; tertiò, ſi non deſcendat, ſed diffundatur in aquâ, & dilatetur in lac; quartò, ſi ferrũ inunctum ipſo excandeſcat per Simeonem Sethum, ſic de reliquis de quibus poſtea indagatoribus curioſis & peritis in arte curam relinquo. Et hoc breviter dixiſſe volui de Opobalſamo nuper advecto, boni conſulant, oro.

## *Appendix.*

HIs jam determinatis non obſtare affirmo, quæ proſper Alpinus de Balſamo tradidit in Dialogis, noſtræ concluſioni, nõ dari ampliùs Balſami plantam in Iudæâ, de quâ & ejus ſucco, ligno,

no, fructu loqvuntur Authores, Diosc. Theoph. Plin. nobis non novum, sed um probatum, nativam non advenam lantam Balsami apud Arabes esse, & lim fuisse, prout Summus Deus illis egionibus concessit, juxta dictum Poëæ,

-- --- *nascuntur montibus orni* &
-- --- *ferunt sua Thura Sabæi.*

ylvas & infinitas plantas observari à eregrinantibus (Mahometanis ad Meham & Medinam: in Ægypto Bellonim observâsse, & Simeonem Sethum, lantas istas à Medinâ translatas & à Iecchâ. Addo testem Matthiolum, qui ortos addit Balsami Babylonicos ob ultani magnificentiam, id totum conedo: Ergò Balsamum asportatum vel Mechâ deductum est Balsamum verum escriptum à Diosc. Plinio & Theophr. lego conseq. & ratio est, quia à sylverib. plantis Balsami non cultis, non utatis, non rastris & udone custoditis, lvestre & agreste Balsamum elicitur, on suavissimo odore, uti de illo prædiat Plinius, omnes suavitate odores ræcellere; Ac eam ego sic existimo: ifferentiam odoris facio inter fructus greстis plantæ & cultæ, quam inter Lam-

Lambruſcam & Ciambronem vocatam uvam, ſponte in dumetis naſcentem, ac eam, quam Amineam ſeu Moſcatellum vocant hodie in vineis. Nonne Bellonii narratio de ſeptem aut decem plantis, quas ipſe vidit, teſtimonio confirmatur, *quas folio raro, deciduo, non viridante deſcribit, quin potiùs ſuccum non ferentem plantam*, & ipſe Alpinus, *quæ planta Balſami in arenoſis naſcitur, ea ſuccum non fert*; quid dicemus de ſylvis incultis & nunquam cicuratis,

Dubitatur primò, an Alpinus viderit unquam perpetuâ comâ plantam Balſami viridantem, cùm diverſam in typo exprimat illam ab ejus narratione per os Abdellæ Hebræi Medici, de quo infrà. Secundò, cur ſi Venetæ naves ab Alexandriâ in Italiam tantam referunt copiam Cinamomi, Thuris & Myrrhæ, aromatum in Arabia exiſtentium ex Strabone, Diodoro, &c. cur Balſami & Opobalſami nec ligni, fructûsque, ſi ſylvæ tàm immenſæ hujus pretioſi fruticis adſunt, non ferunt copiam? An quia dixerim, ſylveſtre Balſamum paucum & modici odoris refellitur, & in ſylvis non cultum tale ſit, unde non recipiatur. Prout recens advectum cum Mat-

ſatthiolo non recipi pro vero & bono
onſulo, qui omne Balſamum adporta-
um ſine conditionibus odoris & guſtûs
t reliquorum monet rejiciendum.

Alpinum dixi ſuſpectum, qui plantas
ivas non viderit, cum deſcriptioni
lantæ traditæ Icones in ſuo libro non
eſpondeant. Scribit enim in cap. de
alſamo 14. *habere folia rotunda ſimilia
uta*, quod Bellonius adfirmat, & *Tere-
intho, uni nervo adhærentia, trina, qui-
a, ſeptena, ut in Roſâ & Terebintho*, h.e.
*entiſco*. Icones duobus in locis expreſ-
e demonſtrant plantas non foliis ro-
undis, ſed acuminatis, uti in vulgari
aſmino. Quare &c.

Recens hoc Balſamum probandum
itur videtur cenſurâ diligenti, odore
rimùm, & ſapore ſecundò, colore &
onſiſtentiâ tertiò, ſi lac coaguletur ex
us guttâ quartò, ſi macula in panno
on reſideat quintò, ſi dilatetur in aquâ
bo colore ſextò; & ex Simeone Se-
o, ſi ferrum excandeſcat in igne ſepti-
ò, & iſta ſatis pronunc boni cōſulant
go, & me habeant excuſatum pro ve-
tate ſcribentem. Die 25. Sept. 1639.

*Evonimus ita ſentit*
Et pro Evonimo
*Leonhardus Gislenus.*

*Illustrissimo atque Reverendissimo*

Dn. Colliculæ,

*S. D. N. Medico Eximio,*

Romani Opobalsami facti-
tii & falsi

*Pro*

Collegio Aromatariorum Vrbis

*Contra*

D. D. Antonium Manfredum
& Vicentium Panutium
Aromatarios

## MEMORIALE.

ILlustrissime & Reverendissime Domine: Theriacam elapsis diebus in Vrbe compositam à duobus Aromatariis cum puro & vero (ut credebant) Opobalsamo, esse ex officinis Medicorum ejiciendam, ne ad usum hominum vendatur in eorum damnum & perniciem, omninò statuendum decernendumque est. Nam cùm prætensum Opobalsamum sit adulteratum, vel potiùs factitium & falsum, Theriaca ex eo cō-
posi

ofita non poteſt eſſe niſi inutilis,& no-
ia eam aſſumentibus: quia in ejus cō-
oſitione unius medicamenti improbi-
is reliqua omnia corrumpit,ut præcla-
è firmat divinus Galenus l. de Theria-
a ad Piſonem, cap. 12. Quod præcipuè
ebet intelligi de Opobalſamo, cùm
tud in dictâ compoſitione primatum
tineat, ut optimè exiſtimârunt doctiſ-
mus omnium calculis Senertus, l. 4.
e feb. c. 5. §. *Cæterum cùm Medicorum.*
: Proſper Alpinus in Dialog. de Balſa-
o, in epiſtola ad Senatores Divi Mar-
.

Falſitas iſtius prætenſi Opobalſami
t evidentiſſima, dum caret qualitati-
is & conditionibus veri Opobalſami,
ec illius operetur effectus,Verùm,quia
: rectè Philoſophantium ſententiâ re-
um eſt judex ſuimet & obliqui; nec
fficit dicere verum, niſi etiam cauſa
lſi aſſignetur: Idcircò non erit præter
tionem, ſi primùm qualitates, condi-
ones & effectus neceſſariò conſequen-
s ſubſtantiam veri Opobalſami,brevi-
r deſcribamus, ut hinc ratio falſitatis
ætenſi Opobalſami faciliùs poſſit aſſi-
ari, & à quolibet vel parùm in re me-
câ erudito evidentiùs intelligi.

C Opo-

Opobalſami veri odorem omnibus ſuavibus odoribus præferri ſcripſit Plinius l. 12. c. 25. cui ſubſcripſit Amatus Luſitanus l. 1. in Dioſc. c. de Balſamo; & Theophraſtus l. 9. de plantis c. 6. inquit: *Balſamus odorem infert eximium & copioſum adeò, ut ex parvo ſpatium perlongum odor valet permeare.* Proſper Alpinus in Dialogo de Balſamo c. 3. 4. & 5. ait: *Balſamum in quatuor ætates dividitur, in primâ, quæ quinq; annis terminatur, odore redolet eximio, acutiſſimo, atq; gratiſſimo olfactui atq; usq; adeò valido, & acuto, ut aliquibus inter odorandum ſanguis è naribus eruperit, vel capitis gravitas ſupervenerit: in medio tempore, in ſecunda ſcil. & tertiâ ætate, quæ decem annis abſolvitur, odor fit major, Thus ac Terebinthum, cum alio tamẽ ſuaviori odore gratiſſimo olfactui redolens. Demum in ultima ætate ſenio confectum fit inodoratum*, ubi c. 4. Plinium deceptum fuiſſe arbitratur, quòd putaverit, optimi hujus ſucci lachrymam fricando percipi odoratam; *ſiquidem Opobalſamum ſenio ſolummodo cõfectum inodoratum fieri ſtatuit, ut tunc ſolùm frictione dignoſci queat.*

Præterea idem Alpinus dicto dialogo

go & dictis capitib. 3.4.5 scripsit, Opobalsamum juxta ejus ætates varias variari, & ipsum nedum quoad odorem, ut nuper dicebam, sed etiam quoad colorem, substantiam, perspicuitatem & levitatem. Nam *Balsamum*, ut ipse asserit, *in primâ ætate*, scil. in primo quinquennio, *continuò è stipite exceptum albo colore conspicitur, qui paucissimis diebus in viridem mutatur*, cujus *succi substantia turbida crassaq́ue, ac oleo recenter ab olivis expresso valdè similis cernitur*, & *præ multâ ejus levitate in aquam stillatum non desidet, sed ex alto in eâ projectũ parumper in ipsâ mergitur, ferèq́ue continuò assurgens supra totam aquæ superficiem totum expanditur, eiq́ue miscetur, & citissimè ita in eâ dissolvitur, ut ab aquâ maximâ cum difficultate separatum secernatur, in quâ paulò post concrescit atq́ue coagulatur, coagulatumq́ue stylo totum ab aquâ eximitur, quod tunc colore lactescit, sive album, quale lac visitur.*

Peracto primo quinquennio *Opobalsamum ex turbido & viridi colore in tenuissimum, aureum, fulgentissimum clarissimumq́ue colorem transit*, quia *purgatur à multâ humiditate excrementitiâ*, quâ scatebat in infantia, & hinc *fecem*

*in fundum vasis deponit*, atque in isto statu consistentiæ ipsius ætate currente conservatur, quo tempore stillatum in aquam præ calore & levitate parùm mergitur, & continuò assurgens supra totam ejus superficiem expanditur, in eâque miscetur, & non in stellæ modũ, ut adulteratum supernatat. In ultimâ ætate & senio confectum mellis colores, obscuriores tamen accipit, & calore ejus imminuto *crassum, qualiter Terebinthina fit, solitoq; tum odore eximio tum levitate deficit, & in aquam stillatum statim considet, multâq; cum difficultate, & non nisi longo tempore supra aquam fertur, tardissimèq; in eâ dissolvitur.* Insuper Opobalsamum verum laneæ vesti instillatum maculas non relinquit, & projectum in lac statim illud coagulat, Avicenn. l. 2. tr. 2. c. 81. Hinc facillimè colligitur, prætensum Opobalsamum esse factitium & falsum; nam cùm non habeat odorem Opobalsami veri, non illius colorem, non substantiam, nec operetur illius effectus, certè ignoro, ex quo capite, ex quâ causâ fuit habitum ac reputatum pro vero Opobalsamo.

Nam odor factitii istius Opobalsami est paucissimus, parùm gratus, & vix per-

percipitur, nisi naribus valdè approximetur, & infert quendam odorem Iuniperi. *Odor verò Opobalsami veri est eximius, acutissimus, gratissimus olfactui, ex parvo spatium per longum permeat, Thus ac Terebinthum cum alio suaviori odore redolens.* Cùm itaque prætensum Opobalsamum odori Opobalsami, nec quoad copiam, nec quoad qualitates, & minùs quoad suavitatem correspondeat, utique statuendum est, istud longè distare à vero Opobalsamo, cujus odor maximè expetitur in antidoto Theriacæ, ad spiritus vitales recreandos & vindicandos à fœtore putredinis humorum.

Substantia istius Opobalsami est fluida, & habet colorem mellis obscuriorem, Ergò non est in primâ ætate Opobalsami veri, cùm non sit viridis, turbida crassaque, ut oleum ab olivis recenter expressum. Minùs dicendum est, istud Opobalsamum esse in secundâ tertiâque ætate, quia substantia istius esset tenuissima, aurea, fulgentissima & clarissima. Pariter à quartâ ætate excludendum; nam licet habeat colorem mellis obscuriorem; tamen substantia illius est fluida, non crassa, ut Terebin-

thum & dato, ſed non conceſſo, quòd eſſet Opobalſamum verum in quartâ ætate; adhuc in compoſitione Theriacæ non eſſet admittendum, quia Opobalſamum in iſtâ ætate non habet virtutem ex Avic. ſuprà citato loco.

Ampliùs debet excludi ab Opobalſamo vero, quoad effectus; nam inſtilſtillatum in aquam deſidet, licet aſſurgat, attamen non ſupra totam aquæ ſuperficiem expāditur, & apparet manifeſtè ſeparatum ab aquâ, nec cum eâ permiſtum: Opobalſamum verum in vigore exiſtens, *ex alto inſtillatum in aquam parùm mergitur, continuòq; aſſurgens ſupra totam aquæ ſuperficiem expanditur, eiq; miſcetur, & citiſſimè ita in eâ diſſolvitur, ut ab aquâ maximâ cum difficultate ſeparatum ſecernatur.*

Sed quid pluribus? Opobalſamum iſtud relinquit maculam in lanâ, nec lac ſtatim coagulat: ergò ex nullo capite eſt balſamum, ſed quid factitium & falſum, & cùm ignoretur ejus compoſitio, non debet admitti in compoſitione Theriacæ.

Nec facit, quòd iſtud Opobalſamum fuerit approbatum ab aliquibus Medicis Collegii Vrbis; quia iſti fuerunt decepti

cepti à fide,& à prætensâ integritate dd. Aromatariorum.

Quare &c.

Collegium Aromatariorum Vrbis.

---

*Illustrissimo & Reverendissimo*

D. Collicolæ.

*Pro DD. Antonio Manfredo & Vincentio Panutio Aromatariis*

Paulus Zacchias.

*Ex Hetrusco in Latinum transpositus literarum tenor)*

QVanquam Antonius Manfredus & Vincentius Panutius Pharmacopoei in componendâ Theriacâ occupati,ad legum rigorem visitati fuerunt à Protomedico, ejusque Consiliariis; authoritateque eorum, aliorumq; CollegiiMedicorum legitimum verumque exposuerint Balsamum, ceu præcipuum Theriacæ ingrediens:non tamen, quo sub prætextu,aut quam propter ra-

 tionem

tionemPharmacopœorum quidam, invidi eorum æmuli, approbatione Superiorum, nullo habito reſpectu, neglectâ, ſiniſtrum ſuum auſi fuerint proferre judicium, conſtat. Obtulére ſiquidem literas quasdam Excellentiſſi. Dn. memoriales, quibus Balſamum quoddam factitium, falſum adulteratumque â Protomedico Conſiliariisque approbatum commenti ſunt; ac ſi S. S. ſecundùm eam, quâ univerſum gubernat mundùm, providentiam non ſatis benè Inclytæ proſpexerit Vrbi, hominesque præfecerit, medicamentorum à Pharmacopœis in hominum uſum compoſitorum naturam non exactè aut ſufficienter cognoſcentes. Hinc cùm iſtorum temeritas in præjudicium cedat, non dignitati ſaltem Gratioſiſſimi Collegii (quod hucusque tacendo vindictam in aliud reſervat tempus) derogans, dum audacter ſe evehere & ſuperiores eſſe volunt in judicandis & reprobandiis iis, quæ Almum approbavit Collegiū, cum ſibi ea, quæ illos minimè tangunt, arrogent: Sed & publicæ utilitati; penes quam inſignem duorum iſtorum Pharmacopœorum diligentiam in legitimo adinveniendo Balſamo ſuſpectam reddunt,

lunt, suam v. supinam negligentiam, quam in succedaneis, ne ulteriori labore majorique precio graventur, non abrogandis vario exornant fuco: ne deinde Manfredo & Panutii Theriaca, ut quę multò est, suis efficacior atq; nobilior proclametur, omnem movent lapidem. Vnde necessarium esse duxi, ut importunis illorum mendaciis fraudibusque, tàm in memorali Excellentissimo Viro exhibito, quàm in opinionis suæ patrocinio publicè edito manifestis, eatur obviam, quò detectâ eorum malitiâ reprehensionis labe notati debitas luant pœnas, & deinceps majorem in investigandis veris medicamẽtis, succedaneis, quâ fieri potest, omissis, adhibeant diligentiam, aut verò à tantæ nobilitatis medicamentorum compositione planè abstineant. Quò enim non abivit eorum socordia? qui non saltem ipsi, sed & corrivales Cichorium à Petroselino vix distinguere ausint, Theriacæ tamen confectionem moliri non erubescunt, quam superioribus annis à Protomedicis reprobatam planèque projectam vidimus; sicut fidem testimoniis confirmare possemus. Iam verò, cùm nondum videatur adactum fuisse hucusque

Collegium, ut eloquatur: evidens tamen hoc demonſtrabit ſcriptum circumſpectam Protomedici, Conſiliariorum, Medicorum Collegii quorundam, cæterorumq; Academiæ Profeſſorum Balſami controverſi approbationem, quam brevitatis rationem habentes ex Veterum & Modernorum ſelectiſſimo aliquo collatam Authore magis confirmabimus. Sit ex Antiquioribus, ad quem cæteri omnes ſe referunt, Dioſcorides; ex Recentioribus Proſper Alpin⁹, Vir, omnium conſenſu, Doctiſſimus, qui veri Balſami naturā penitiùs Vett. ipſis, cùm legitimum præſens ſuis oculis colligi viderit Balſamum, indagando perſcrutatus eſt.

Quòd ſi igitur ſubſtantiam coloremque noſtri Balſami perpendimus, unum alterumve notis à Proſpero Alpino (Dioſcorides enim duas has non ponit conditiones) adductis, ſecundæque ejus ætati adſignatis correſpondere videbimus: *Subſtantiam ſiquidem illius, cùm ſecundam attigit ætatem, cum quâdam perſpicuitate tenuem eſſe* refert: id in noſtro quoque cernere licet Balſamo; præter enim iſtam, quæ reſinoſo competit corpori, limpiditatem, claritatem

quan-

quandam adjunctam habet aurei coloris, quo Opobalsamum secundi lustri tingitur.

*Odorem illius* Dioscorides *validum* requirit: qui cùm melioris tantum Opobalsami insignia afferre videtur, notandum erit, recenti saltem hanc odoris vehementioris notam convenire. Optimè enim cum novitate quadrat odoris fragrantia, *quæ*, teste Alpino, *post primam subinde remittit ætatem, & Terebintho suavitate odoris nonnihil superior, aut*, ut alibi, *intra Thus & Terebinthum medium referens odorem.* Et verè, quisquis de nostro Balsamo sanum tulerit judicium, alii non æquiparabit odori, quàm ex Thure & Terebintho permisto. Hinc quamvis odor ille per se exactè satis deprehendi possit, magis tamen affricato manibus calidis Balsamo obvius erit periculum facienti.

In sapore Dioscorides Balsamo *acrimoniam* quidem, non autem adstrictionem & mordacitatem modicam ademit. Quisquis verò hāc ipsam nostro denegaverit Balsamo conditionē, quid sapor sit, ignorabit. Adjungit Alpin⁹, *quod gustu subamarum, adstringens, & modi-*

*cè mordens percipiatur.* Hoc ipſum in noſtro manifeſtè apparet Balſamo.

Aliud præterea veri Balſami proponit ſignum Dioſcorides, *leve id eſſe, diluiq́ facile.* Hoc Balſamo primæ ætatis adſcribendum cenſet Alpinus, *quâ facillimè in aquâ diſſolvitur, & continuò aſſurgit, ſupra totam aquæ ſuperficiem ſe latè expandens, licet unica in aquā projecta fuerit gutta, quæ curioſiùs licet obſervata, non tamē ab aquâ maximâ ſine difficultate viſu ſecerni poteſt. In quâ paulò pòſt concreſcit & coagulatur, coagulatumq́ ſtilo totum ab aquâ eximitur, quod tunc colore lacteſcit, ſive album, quale lac, viſitur:* quod ipſum à Dioſcoride quoque omninò confirmatur. Hęc omnia in Balſamo factitio, cum oleis, reſinis, unguentis adulterato ad iſtam, quam hactenus duxim⁹, non obſervantur amuſſim. Neque enim in aquam illapſum illicò ad ſuperficiem remeat, ſuperque illam ſe diffundit, ſed orbiculorum formis expāditur; nec ita promptè liquatur, nec album acquirit colorem, ut poſt Dioſcoridem Alpinus recenſet.

Major verò oritur difficultas, circa duos alios Opobalſami genuini à Dioſcoride notatos characteres, 1. quòd pan-

panno illapsum nullam post se macu-
lam relinquat, aut aliud, præter odo-
rem, vestigium: 2. quòd lac coagulet.
Dubitādi de nostro datur occasio, cùm
vestibus adhæreat, nec lac perfectè coa-
gulet. Standum hìc nobis est secundùm
alterutram conditionem à latere Alpi-
ni, qui utramvis hanc notam in vero,
cujus abundanti fruebatur copiâ, Bal-
samo perquisivit. *Sincerum*, inquit, *Opo-
balsamum panno quidem, at non olei mo-
do adhæret, neq; aliquam maculam relin-
quit*. Et noster ille liquor, anne instilla-
tus vesti laneæ, quamvis eidem adhæ-
rescat ad resinarum similitudinem, ta-
men, quale oleum, unctuositatem post se
relinquit? Quantum ad lactis conden-
sationem, *Lac non coagulat ita, ut coagu-
lum facit, quinimò cùm ipso coagulatur,
ut seipsum in lacte coagulat*. Hoc si-
quidem in nostro palàm fit Balsamo,
quòd secum quādam lactis particulam
in ipso coagulat lacte, quod cum ipso
unitur. Quid? si dicamus, recentissimi
tantum Balsamì proprium id esse, dum
in primâ adhuc fuerit ætate: *Tunc enim
major ei inest acuties, ut illius odor san-
guinem quoq; ex naribus proliciat, capi-
tisq; dolorem efficiat*: Deficiente verò per

ſenium ejus vigore tantam ampliùs vehementiam non obtinet, remanente licet, quantum ad medicamenta opus fuerit, ſufficienti ejus virtute.

Præter hæc, quæ adduximus, experimenta Simon Sethi aliud nobis monſtrat: Ferro quippe injectum, igniq; admotum illicò evaneſcere. Quod cùm in aliis quoque contingat liquoribus, non tanti habendum, quanti alterum illud ab aliis obſervatum; cùm Balſami veri guttula ferro inſtilletur candenti, eam in modum unionis conglobari; diffluere verò ceu oleum, ſi pſeudobalſamum, aut alia quædam injiciatur reſina. Quod de noſtro, qui rem experiri voluerit, nemo negabit.

Ex his omnibus, quàm absque omni ratione atq; fundamento, contra ipſam quoq; experientiam ejus ſcripti, æmulorum Zelo publicati author turpiter ſe dederit, luce clariùs patet; cùm odorem in Balſamo noſtro inficiatur, quem pro eo, quòd naſo careat, omniq; deſtituatur judicio, qualis eſt, non habet; neq; verum illius colorem, ſubſtantiam, ſaporemque agnoſcit, ſed ſuo cuncta metitur modulo, Zoilorum ſtimulatus invidiâ. Quid? quòd ſedulam Inclyti Me-

Medicorum Collegii experientiam, (neque enim examinâsse Balsamum, aut examinare eum potuisse crediderim) laxare non erubuerit. Sed hæc pro tempore in veri defensione sufficiant, Favorabili Medicorum Collegio, quòd manum alienæ, spretâ eorum authoritate, immittere subinde gestiant messi, Monachorum istorum proscriptionem committendo.

---

*Illustrissimo & Reverendissimo*
## Dn. Collicolæ,
*S.D.N. MEDICO EXIMIO*
*Rom. Opobalſ. veri defensio,*
## Pro DD. Antonio Manfredo, & Vincentio Panutio Aromatariis
## Balthasar Bonannus.
***Contra Collegium Aromatariorum Vrbis.***

CVm Medicorum Doctissimorum diligentiâ effectum sit, ut genuina ad Theriacam componendam simplicia omnia verè jam nota sint, effectus tamen non planè respondeat, u-

nius

nius adhuc, & quidem præcipui medi
camenti defect⁹ ex classicorum Autho
rum sententiâ causa est, cur eos effectu
non edat hodiè Theriaca, ad quos à Ve
terib. tantoperè celebrabatur, defectu
nimirum Opobalsami, quem oleum nu
cis Moschatæ, aliudve succedaneur
supplere minimè potest. Verùm ex qu
compertum est, copiosè Opobalsamur
in Arabiâ felici ac Ægypto provenire
indeque tùm ad alias regiones, tùm et
iam Venetias à mercatoribus asportai
non defuerunt diligentes in plerisqu
Italiæ urbibus Pharmacopœi, qui ir
genti labore & sumtibus illud sibi a
conficiendam Theriacam transmitter
dum curaverint, quod deinde à Coll
giis Medicorum illarum Vrbium, po
accuratum examē, non sine amplissim
testimonio approbatum fuit, conflata
que ex eo Theriaca successu non carui
& in pretio habetur. Illam verò, u
publicis testimoniis constat, fabrica
sunt Veronæ, Iohannes Pona, & Fran
Calceolarius, Aromatarii, ut edita à
eis opera testantur, præstantissimi; Ma
tuæ, Antonius Bertiolus, Ducalis Pha
macopœus; Brixiæ, Bernardinus C
gula; Neapoli, Ferrantes Imperatus, a
Lu

ucæ, Balthaſar & Michaël Campi; Ve-
etiis item Lutetiæq; Pariſiorum aliis-
ue in Vrbibus ſimili modo paratam
am eſſe ab oculatis teſtibus accepi.
orum veſtigia ſequuti Manfredus &
incentius Panutius, diligentiſſimi Al-
æ Vrbis Aromatarii, nulli labori aut
mptui parcentes Opobalſamum ha-
endum curârunt, ut publicæ utilitatis
ratiâ perfectam cum eo Theriacam
onficerent, illudque à Protomedico,
onſiliariis, aliisque Collegii Romani
ledicis, inter quos fuerunt primarii
ledicinæ Profeſſores, approbatũ fuit,
erſpectis in eo omnibus veri probique
ſinceri Opobalſami notis, traditis à
ioſc. & Proſp. Alp. qui Cayri ſexen-
ium Medicinam cùm fecerit, Balſami
eritiſſimus fuit.

Primò color illi luteus eſt, ſive aure-
s, qualis Opobalſamo paululùm ultra
uinquennium ab Alpino tribuitur,
ialog. de Balſ. c. 4. ubi hoc habet:
*pobalſamum continuò à ſtipite inſtilla-
um ac exceptum albo colore conſpicitur,
ui color paululo momẽto inſubviridem
utatur, qui poſt quinquennium aureus
t, ac demum ſenio confectum craſſeſcens
lorem mellis, obſcuriorem tamẽ accipit.*

Se-

Secundò eſt tenue, ac nondum perfe-ctè clarum, quemadmodum jam dictæ ætatis Opobalſamum ab Alpino deſcribitur: *Opobalſamum*, inquit, *recenter eductum, per quinquennium turbidum manet, à quo tempore feces ad fundum deponere & clareſcere incipit, per decenniumq; ferè ipſum clariſſimum tenuiſſimumq; obſervatur. Poſtea ſeneſcens craſſeſcit Terebinthinæ in modum, ac rurſus turbidum evadit.*

Tertiò eſt validi odoris, Thuri ac Terebintho congeneris, cum majori tamen odoris ſuavitate, quod in fricando fit odoratius. Nam Alpinus loco cit. ſic ait: *Odor in recentiſſimo Opobalſamo validiſſimus, in medio tempore odor fit ſuavior, Thus ac Terebinthum redolens, cum ſuaviori tamen fragrantiâ; ſenio deniq; confectum moderatum fit.*

Quartò ad acorem non vergit, ſed *guſtu ſubamarum adſtringens, & modicè mordens percipitur*, juxta Dioſcor. & Alpini ſententiam.

Quintò leve eſt, facilèque diluitur; *in aquam enim inſtillatum non deſidet, ſed in eâ projectum parumper in ipsâ mergitur ferèq; continuò aſſurgens ſupra totam aquæ ſuperficiem totum expanditur*

*eique*

*q; miſcetur, & citiſſimè in eâ diſſolvi-ur, ut ab aquâ maximâ cum difficultate paratum ſecernatur, in aquâ paulò pòſt ncreſcit atq; coagulatur, coagulatumq; ylo totum ab aquâ eximitur, quod tunc lore lacteſcit, ſive album, quale lac vi-tur*, quæ quidem veri ac recentis Opo-alſami notæ ſunt ſecundùm Dioſc. l.1. 18. Alpinum Dial. de Balſ. c. 3. & 5. vero antiquum eſſet, ut Adverſarii olunt, *ſegnius propter craſſitiem ad mo-lm eſſet, ac difficilius in aquâ vel lacte quaretur.*

Sextò lac coagulat, etſi (ut Alpino lacet & dicitur Dialog. de Balſ. c. 5.) *on ita, ut coagulum facit, quia lac non erfectè coagulat, quinimò cum ipſo coa-ulatur.* Siquidem ad lac perfectè coa-ulandum, coagulũ neceſſariò miſceri um eo debet: & Opobalſamum reſina ùm ſit, rebus aquoſis permiſceri ne-uit, ſed ab iis ſuperficiem petens ſta-m ſeparatur. Illam igitur tantummo-o, quam tangit, lactis partem coagu-re valet, cùm actio ad diſtans non at.

Sincerum quoque hoc Opobalſamũ ſe, ex ſignis ab Authoribus allatis co-oſcitur; ac primò ipſum oleo vitia-

tum

tum non esse constat, cùm lentore præ ditum sit; resinarum autem tenacitas o leo obligatur: præterea aquæ instilla tum, supra ejus superficiem instar ole orbiculatim non diffunditur, nec oleos quidquam in aquâ relinquit: item in veste maculas non facit, ut Plinius de sincero Opobalsamo asserit l. 12. c. 25 Demum in ferrum candens instillatum non liquescit, expanditurque olei mo do, sed in orbem concretum paulatim comburitur.

Sed neque unguentis adulteratum est, quoniam parvi temporis spatio in fundo vasis unguenta sidere necesse est, neque cerâ, cùm clarum sit; neq; melle vitiatum esse potest, cùm saporem dulcem non habeat.

Quòd Adversarii objiciunt, Balsami plantam in Syriâ, ubi ex Theophrasto & Plinio, tantùm nascebatur, jam defiisse, id apud Philosophos & Theologos certum & exploratum est, rerum species perpetuas esse, & alicubi semper comperiri; singula verò specierum individua interitui esse obnoxia. Præterea nõ solùm in Syriâ, sed etiam in Ægypto Balsamum fuisse, Diosc. & Galenus referunt, ac patrium illi solum non esse, nisi

ſi Arabiam felicem, inter Veteres te-
ntur Diodorus Siculus hiſt. l.2.n.48.
rca finem. Strabo Geograph. l. 16.Io-
phus de antiq. Iud. l. 8. c. 16. & Pau-
nias in Boëticâ : Ex Neotericis verò
trus Bellonius, l. 2. c.39. ſuarum iti-
rariarum obſerv: Andreas Chioccus
deſcript. Muſæi Franc. Calceolarii
iioris, c. de Opobalſ. Michaël Dörin-
is de Opobalſ. Ioan. Pona ſimiliter
. de Balſ. ac præter alios multos Ca-
us Cluſius in materia Medicâ verſa-
imus, exoticorum lib. 10 c. 9 in an-
tat. ad Monardem de Balſ. p. 304. ſic
quit: *Arabia felix, quæ ſola Balſami
ntas ſponte naſcentes ab omni ævo pro-
it, ac etiam profert, & legitimum Bal-
mum præbet; aliud quidem Ægyptus
quodam Cayro vicino, quem Matha-
appellant, & nunc etiam Opobalſa-
frutices alit; ſed & ex Arabiâ ſemper
it, quemadmodum olim Iudæa habuit:*
eter hos Balſamum non ſolùm ſe vi-
e, ſed & habuiſſe affirmant Braſavo-
n exam. ſimpl. pag. mihi 396. Busbeq.
egat. Turc. ep. 4. propè finem, Ni-
. Chriſtoph. Razivil. in ſuâ Hieroſol.
egr. p. 177. ac ut alios omittam, Sca-
r exerc. 157. ſ. i. qui Cardanum Bal-
ſa-

ſamum deſiiſſe & in parvo eſſe preti
ajentem vanitatis coarguit.

Dicunt præterea, ſincerum Opoba
ſamum jam à tempore Galeni paucu
fuiſſe[a], ſed utplurimùm adulteratum
ac propterea, ut ſincerum à factitio d
gnoſceret, in Syriam ipſum navigaſſ
Multa hîc volens prætermitto, illud ſc
lummodò dicam, quod Anaſtaſius Bi
bliothecarius refert in vitâ S. Sylveſtr
ſcilicet *Eccleſiam S. Petri ex fundis ſil
in Oriente à Conſtantino donatis in red
ditus habuiſſe Balſami libras CXXV. Ec
cleſiam v. S. Pauli lib. L.* Ex eo, quò
Opobalſamum omni ævo plerumqu
mixtum fuerit, non rectè arguitur eju
penuria; ſiquidem quàm maximè odo
ris gratiâ uſui erat, uti de Moſcho ho
diè evenit, quod tametſi in copia repe
riatur, utplurimùm tamen adulteratun
eſt, ita, ut vix à myropolis ſive unguen
tariis ſincerum cognoſcatur: & ex ipſ
Galeno colligitur, illius etiam ætat
multum Opobalſami extitiſſe, cùm i
non raro Opobalſamum in ſuis medi
camentis adponat, & quandoque un
cias ſex, ut in lib. de Comp. Med. pe
genera c. 13. Secundò verò de Compoſ
Med. ſ. l. c. 2. fortia medicamenta pe

Opo-

)pobalſamum diſſolvit, ut mitigentur: : 1. de Antid. c. 5. inquit; *propterea ta-s antidotos Romæ conficiunt non ſolùm ptimi quiq; Medici, ſed etiam unguen-rii, qui tametſi omnes in earum compo-tione nunc plùs, nunc minùs impingant, s tamen uſui non inutiles conficiunt.* uo tempore Antonius imperabat, heriaca à multis divitibus paraba-ır.

Quòd denique aſſerunt, Opobalſami lorem eſſe ſuaviſſimum, cùm à Doctis-no Cornelio à Lapide in ſuis ad Eccle-ſticum commentariis ſ. 2. diluatur, us verba afferam. *Balſami*, inquit, *or virtutem habet maſculā & fortem, ocirca Balſamum velut virile & gene-ſum, reliquisq; unguentis præcellens vi-adhibere ſolebant, cùm fœminis dare-r Amomum Aſſyrium, aliaq; id genus guenta*, juxta illud Martialis:

*Balſama me capiunt, hæc ſunt unguenta virorum,*
*Delitias Nini vos redolete nurûs.*

Raptim hæc pauca.

Quare &c.

BALDI

# BALDI BALDI, Medic
Romani,

# OPOBALSAM
## ORIENTALIS,
In conficiendâ Theriacâ Ro
mæ adhibiti,

## PROPVGNATIO.

Coram
*Illustrissimo & Reverendissimo*
Dn. Thadæo Collicolæ, S.m
D. N. Medico intimo, &
*Perillustri & Excellentissimo*
D. Joan. Jacobo Vbaldino
Deputatis.

PRÆSTANTISSIMI DD. Cùm æ
state jam præteritâ D. Antoniu
Manfredus in Vrbe Aromatarius
conquisitis magnâ sedulitate iis medi
camentis, quæ ad componendam pre
tiosam Theriacæ antidotum requirun
tur, ea, ut moris est, publico exposuisse
conspectui, & inter reliqua liquorem
quem

quendam cum inſcriptione Opobalſa-
mi Orientalis & veri, petiit à D. Proto-
medico,& duobus ejus Conſiliariis, DD.
Paulo Zacchia, & Bernardino Meſſorio,
necnon quatuor aliis ex Medicis Roma-
ni Collegii, videlicet DD. Alexandro
Menghino, Balthaſſare Bonanno, Ioan-
ne Manelpho, & me Baldo Baldo, ut
probarentur talia medicamenta, ſi pro-
batione digna viſa fuerint, & licentia
ac facultas ex illis Theriacam cõficien-
di ſibi impertiretur. Quare ſingula nos
medicamenta conſiderantes, & potiſſi-
mum ſuccum illum Opobalſamum nun-
cupatum, Venetiis hùc advectum, in
eoque illa omnia, quæ ad ipſum cogno-
ſcendum cùm à Dioſcoride, tùm præ-
ſertim à Proſpero Alpino tradita ſunt,
accuratè examinantes, non reliqua mo-
dò, ſed Opobalſamum illud tanquam
verum approbavimus, & facultatem
conficiendi cum illo Theriacam Man-
fredo prædicto impertiti ſumus, ut et-
iam D. Vincentio Panutio, pariter Aro-
matario, qui poſt aliquot dies ejuſdem
liquoris unc. iſs. pro una doſi in appa-
ratu ſuæ Theriacæ oſtendit, & ut Man-
fredus licentiam illum adhibendi deſi-
deravit, petiit, & obtinuit. Verùm id
D con-

conſpicientes alii Vrbis Aromatarii, & ægrè ferentes, SanctiſſimoDominoNoſtro VRBANO VIII. Pont. Opt.Max. humillimè expoſuerunt, talem ſuccum minimè eſſe verum Opobalſamum, ſed quid factitium & falſum, proindeque petierunt,ut Theriaca cum illo cõfecta, velut inutilis & fortaſſe pernicioſa projiceretur. Quæ autem eſt Sanctitatis ſuæ ingens benignitas, querelam audiens, DD. Veſtris Excellentiſſimis mandavit, ut rem hanc ſedulò recognoſcerent, & quid videretur, enunciarent ; Vnde, tùm quia adverſus noſtram approbationem & Theriacam jam compoſitam nonnullæ Medicorum quorundam, qui Aromatariis favent, circumferuntur conſultationes, tùm quia nõ paucis primâ fronte viſi ſumus inconſultò ac nimis facilè ſuccum à multis ſeculis non viſum comprobâſſe, idcircò, ut primis ſatisfiat, & ſecundi conſpiciant atque intelligant, non temerè nos atque inconſideratè in hac re progreſſos fuiſſe, hæc pauca DD. meis ſignificare conſtitui, longiores diſcurſus, & majori doctrinâ plenos, felicioribus famoſiſque meorum Collegarum calamis relinquens.

Igitu

Igitur ut primùm visus fuit liquor ille verus Balsami succus, sic indies magis magisque ex repetitis experimentis videtur talis existimandus. Licet enim fortassè non sit per incisionem Balsamiferæ Arboris, sed per decoctionem ligni frondiumque ejusdem plantæ factus, fuit tamen & est verum ac sincerum Opobalsamum, nequaquam autem factitium & falsum, ut Adversarii oppo-nunt.

Quòd autem non videatur esse ex ejus succi genere, quod ex vulnerato Balsami cortice promanat, ex hac Aurelii Gislenii Busbequii, olim Impp. Ferdinandi & Maximiliani apud Turcam Solimannum Oratoris, narratione conspicitur: sic enim scribit nobilis hic Auctor Epistola 4. de Rebus Turcic. pag. 359. *Cùm Constantinopoli essem, donavit me Hally Bassa veste sanè quàm eleganti auro intextâ, & plenâ pixide præstantissimæ Theriacæ Alexandrinæ; postremò adjecit vasculum vitreum plenum Balsami, sed non sine verborum honore: Cætera, quæ mihi donâsset, non se magni ducere, quòd pecuniâ comparari possent, hoc esse munus rarum, quo Dominus suus nullum majus amico aut confœderato Principi donare*

 *pos-*

*possit. Se aliquot annos Ægypto præfuisse, & sibi datam esse ejus habendi facultatem. Duplex ejus fruticis succi genus: unum, quod ex oleo decoctorum foliorum cogitur, quod nigrum est & vile: alterum flavum, quod ex vulnere incisi corticis stillat, quod est genuinum, quo tùm ab eo donatus.* Hæc Busbequius: ex quibus deduci potest, liquorem illum nobilissimum è Balsamo emanantem, hoc præsertim tempore, non facilè ad nostras regiones posse advehi, ac proinde non sine fundamento me dubitâsse, an Opobalsamum, de quo est controversia, sit per incisionem collectum, & eò vel maximè, quòd in illo omnia ad amussim non observantur, quæ de perfectoOpobalsamo ab Antiquis fuêre promulgata.

Quòd verò ex alio possit esse genere, inde persuadetur, quòd istius succi per decoctionem eliciti tanta non est apud Ægyptios penuria, ut jam dicti, sed in magnâ copiâ illuc ex Arabiâ defertur, ut Ioannes Veslingius, nunc Anatomicus Primarius, & Botanicus in Patavino Gymnasio, qui dudum regiones illas perlustravit, in suis observationibus, & notis ad Prosperum Alpinum de plantis

tis

tis Ægyptiis, his refert verbis : *Non tamen existimandum est, quòd Memphim ex Arabiâ lagenulis utribusq; plenis advehitur Balsamum, quantumvis odoris suavitate gratum sit, sincerioris concretionis lachrymam esse. Minimum equidem ejus ex plagâ corticis destillat; maxima pars ligni frondiumque decoctione conflatur.* Cùm ergo maxima istius adsit copia, nulli mirum videri debet, si Venetias portio aliqua transmissa est, & inde etiam ad Vrbem. Quòd si præteritis temporibus hoc factum non est, aut infrequenter valdè, in causâ fuit non solùm Aromatariorum penè omnium forsan negligentia, ne dicam avaritiam; ob quam relictâ perquisitione Opobalsami, utpotè multi pretii, contenti sunt succedaneis apprimè vilioribus; sed, ut Evangelista Quantramius lib. de Ther. & Mithr. ait, quia Medici nimiùm addicti probationibus veri Opobalsami à Dioscoride & Plinio propositis, illasq; nõ exactè recognoscentes in hoc liquore, qui ex Ægypto in Italiam missus est, eum reprobârunt ac rejecerunt, & ad suos Dominos remiserunt.

Verùmenimverò quantumvis probabile sit, quod hucusque enunciavi de

hoc nostro Opobalsamo existimando per decoctionē elaborato; nō propterea tamen id ita affirmatum velim, ut non possit etiam dici per incisionem corticis illud emanâsse, cùm id nihil vetet pronunciare, imò validissimæ conjecturæ persuadeant affirmare; stante maximè Prosperi Alpini de hac materiâ attestatione & doctrinâ, cui inter reliquos subscribit doctus Vir Michaël Döringius, libro de Opobalsamo Syriaco, Peruano, & Tolutano. Siquidem Alpinus, qui fuit oculatus testis in Orientali plagâ hujusce lachrymæ, dum varias illius ætates describit, *& in primâ, quæ per quinquennium durat, colore* dicat *esse subviridem, ac substantiâ turbidum, instillatumque in aquam non desidere, sed continuò assurgere, & supra totam aquæ superficiem expandi, ibiq; albescere, & stylo totum eximi*, nostrum utique videtur comprobare Opobalsamum tanquam verum, quippe quòd hæc omnia perbellè repræsentat. Quòd si velimus etiam dicere, non in primâ ætate aut inter primam & secundam, ut ego puto, sed in ultimâ consistere, ut exercitatissimus quidam Pharmacopœus Gallus me præsente & instante asseruit, non pro-

propterea ablegandum eſt ut inutile, à Theriacæ compoſitione, quando non omninò ſenio confectum exiſtit, ut odor & reliqui caracteres demonſtrant; proindeque virtute non caret, niſi forſan tali ac tantâ; quali & quantâ recens è frutice promanans donatum eſt. Nec cum Avic. ſcribit, vetus Opobalſamum non habere virtutem, intelligit de quocunque ſtatu ultimæ ætatis, ſed de poſtremo tantùm, ut ex ejus loquendi modo comparativè facto colligitur; ſic enim ait. *Et quod ex eo melius eſt, eſt recens, vetus autem non habet virtutem.* Ex quo(ut obiter dicam) deduco, non undequaque forſan benè ſe geſſiſſe Medicos Patavinos, cùm anno 1626. in apparatu Theriacæ, ab Angelo Bolzettâ Pharmacopolâ illius Vrbis expoſito, Carpobalſamum, id eſt, ſemenBalſami, Xilobalſamum, id eſt, lignum, & Opobalſamum, id eſt, ſuccum Balſami,tamquam vera & legitima approbantes, ea tamen ut antiqua à tali compoſitione abdicârunt; quod ſanè præſtandum nõ erat, nec præſtitiſſent Viri illi celebres, niſi ex nimiâ vetuſtate talium medicamentorum vires penitus evanuerint. Id quod de noſtro Opobalſamo dicendum

minimè eſt, cùm in eo tàm conſiſtentia & color, quàm ſapor & odor, qualitatum virtutumque Balſamicarum præſentiam manifeſtent. Eſt enim ſuccus iſte, velut Gal. 2. de comp. medic. ſec. loca cap. 1. deſiderat, *conſiſtentiæ mediocris*; ut Alpinus vult, *coloris ex viridi ad aureum tendentis*; ut Dioſcorides ait, *lævis, dilui facilis, adſtringens, modicè mordens guſtu, non ad acorem vergens, & validi odoris*; & ut ſcribit Plinius, *non ſubacidus & odore auſterus.*

Quare cùm ſive per decoctionem, ſive per inciſionem ſit factus, qualitates habeat veri Opobalſami, non eſt ut factitius & falſus reputandus.

Verùm, quia ex adverſo pluribus inſtant modis & argumentis, occurrendum illis omninò eſt. Primò igitur inſurgunt nonnulli affirmantes, non reperiri Xilobalſamum, id eſt, lignum, ex quo emanat & fit ſuccus prædictus, ac proinde nec talem ſuccum. Deinde ajunt, prætenſum Opobalſamum non habere illum ſuavem odorem, quem deſcribunt Plinius, & alii quamplurimi auctores. Tertiò aſſerunt, fœdare pannum, contra ac faciat verum Opobalſamum, quod maculam non relinquit.

Quar-

Quartò dicunt, non coagulare ſtatim ac, ut volunt Plin. & Avic. Quintò affirmant, illud aquâ concretum peſſum re & ad ima ſidere, & poſtea diſſipatum upernatare, ut adulteratum facit, Dioſcoride auctore. Et ſextò demum contra meas poſitiones dubitare ſic poſſunt, quandoquidem ſi tam exigua eſt Opobalſami per inciſionem promanantis quantitas, ut Busbequium & Vesingium ſcribere jam dixi, quâ ratione poterit hoc noſtrum, quod ad uncias xviij. accedit, in tali genere conſtitui? Ac præterea ſi eſt per decoctionem elaboratum, quomodo non erit adulteratum & falſum pronunciandum?

Sed ad primam oppoſitionem primò reſpondetur, non ſolùm cum Scaligero, qui exercit. 257. hæc habet verba adverſus Cardanum hoc idem ſentientem. *Balſamum deſiiſſe ais: Item ais parvo eſſe in pretio: Quorum utrumq; vanum eſt. Nam & apud Maximilianum Cæſarem multum & nonnihil apud Patrem meum vidimus, nec parum apud Carolum Saubaudiæ Ducem &c.* Sed cum Marco Oddo Patavino, qui conſentiente univerſo Medicorum talis Vrbis Collegio lib. 2. de Ther. & Mithrid. comp.

cap. 2. ait, Monardem Hiſpanum, *ut liquorem quemdam ex Indiâ laudibus efferret, Balſami arbores prorſus deſiiſſe affirmãtem ſibi naturalis Philoſophiæ prorſus ignarum eſſe videri, quæ ubique apud ſuos auctores teſtatur, rerum ſpecies eſſe ſempiternas.* Id quod poſſumus etiam nos contra iſtos oppoſitores enunciare. Reſpondetur tamen ſecundò cum auctoribus fide dignis, qui teſtes de viſu hos redarguunt, ut Busbequius, Radzivillius, Bellonius, Alpinus, & Veslingius. Busbequius enim jam citatus, & doctiſſimus Veslingius, qui ultra quinquennium in Ægypto rara hæc medicamenta obſervandi gratia moratus eſt, & Arabes vidit (ut ejus verbis utar) *ramorum, fructuum, & odorati illius ſucci copiam ſatis amplam in Ægyptum deferre,* Balſami exiſtentiam atteſtantur. Vidit necnon hoc idem Proſper Alpinus, Veslingii in Patavino Gymnaſio Prædeceſſor, & ante iſtos Viri clariſſimi jam dicti, Illuſtriſſimus Princeps Nicolaus Chriſtophorus Radzivillius Polonus, & Petrus Bellonius Gallus Cenomanus: Quorum iſte, qui diligentiſſimè regiones illas perluſtravit, lib. 2. ſuar. obſervat. cap. 36. Balſamum longâ accuratâque

ora-

ratione tamquam à se visum, degustatum & omninò perpensum describit. Ille verò in suâ Hierosolymitanâ peregrinatione editâ Antverpiæ anno 1614. Balsami existentiam his verbis ostendit: *Arbor hæc (scilicet ficus Pharaonis) sita est in horto, in quo Balsamum proveniebat, cujus etiam extant plantulæ duos circiter cubitos altæ, sed exaruerunt omnes. Nam Assan Bassa, prædecessor Imbraimi, qui meo tempore provinciam administrabat, Æthiopem quendam, qui curam Balsami habebat, quòd magnam pecuniæ vim collegerat, præfocari jussit: quo factũ est, ut nullo, qui Arborum hujusmodi curam gerere nosset, reperto, penitùs deperirent. In felici tamen Arabiâ, Imperatore Solimanno procurãte, Balsamum in copiâ provenit, quod etiam Mechâ per Caravanam advehitur, ejus mecum bonam quantitatem advexi.* Præterea unde habent Adversarii, quòd plantæ istæ, quas Arabiæ & Sabęæ datum est gignere, ut ait Strabo lib. 16. & Ægypto ac Iudææ possidere, ut vult Plinius, quæque, ut Galenus noster affirmat cap. 4. lib. primi de Antidotis, in multis Palæstinæ prædiis colebantur, & ex illis Opobalsamum colligebatur; & quæ insuper

posterioribus seculis adeò propè Babyloniam fertiles erant, ut tantam succi copiam gignerent; quæ etiam pro lampade ante aram Principis Apostolorum in totum annum conservanda sufficeret, ut scribit Petrus Damianus in epist. ad Cadaolum, & Cæsar Baronius.11. Annal. 1061. refertque R. P. Io. Severanus Congregationis Oratorii, libro de Memoriis Sacris septem Ecclesiarum, pag. 123. Vnde, inquam, habent, quòd perierint, vel adeò imminutæ fuerint, ut exiguam modò, vel nullam Opobalsami quantitatem producant? Potuerunt equidē agrestiores reddi, ut tales quoq; redditi sunt populi illi ob tyrannicum Turcarum Imperium, proindeque non ita perfectum ac laudabilem succum progignere, quemadmodum forsan ob meliorem culturam antiquitùs faciebant, sed absolutè deficere, ac perire in nativo præsertim solo, ut Arabia est, (non Iudæa, & Matareæenses horti) nequaquam.

Ad secundam oppositionem respondetur, verum quidem esse, Plinium loco citato Opobalsamo attribuere suavitatem eximiam, adeò, ut (quod ego adjungo) Pausanias *odore præ cæteris unguen-*

*guentis jucundissimum* dicat, sed non ita affirmare Dioscoridem, & ex Galeno, & Avic. aliisque præclarioribus Medicis, imò ex ipsomet Plinio deduci. Nam Dioscorides ait, *esse validi odoris*, hoc est, acuti, non suavis, & Gal. qui 6. de simpl. med. fac. pag. 44. Balsamum tantummodo vocavit *odoratum*, & lib. . de Antid. cap. 13. *sic posse*, ait, *Opobalsamum adulterari, ut nullatenus, vel non exactè possit sincerum ab adulterato decerni*; talisq; adulteratio, ut Dioscor. Plinius & Avic. docent, *fiat per admistionem Terebinthi, Cyperi, Mirthi, Lentisci, balani unguento, item susino, metopio, resinâ, Galbano, melle, aut Cypriâ cerâ, vel oleo de Pino, & oleo de Mastice, & cerâ dissolutis in oleo Ligustri*; quis non videt, Opobalsamum non constituere tàm suavis odoris, ut vulgò putatur? cùm tàm eximia suavitas, vel quid simile non possit ex admistione prædictarum rerum consurgere. Vel ergò succus iste non debet esse tàm odoratus, ut volunt Pausanias & Plinius, qui illum fortasse nunquam admoverunt narib⁹, vel Dioscorides. Avic. imò Plinius ipse in describendâ adulterationis materiâ aberrant: Et profectò, dum antiqui il-

lius odorem celebrant, loqui verisimile est in comparatione ad res odoriferas sui temporis, in quo non aderant Moschum, Ambra, Zibetum, Belzoinum; sed Spicanardi, Myrrha, Cinnamomum, & hujusmodi; quibus licet tribuatur suavitas odoris, illa tamen exigua est, & minima, respectu Moschi & Ambræ, aliarumque nostratium rerum benè olentium. Meliùs igitur qualitatem hanc in Opobalsamo delineavit Dioscorides, cùm scripsit, *debere esse validi odoris.* & ante ipsum Sacræ Paginæ *aromatizans* vocãtes, & *Myrrhæ* (attributâ suavitate) *odorem* solummodò *dare* affirmantes.

Ad tertium argumentum respondet Alpinus in Dialogo de Balsamo, & Quatramius loco citato de Ther. & Mithrid. non debere sine maculâ omninò remanere pannum, sed eam non dilatari ac crescere, ut facit, quæ ab adulterato provenit, ratione nempe olei, aut rei unctuosæ, quæ talem ingreditur adulterationem & mistionem. Cùm ergò, quę de hoc signo ab Alpino dicuntur, in nostro Opobalsamo egregiè observentur, invalidum manet argumentum propositum.

Ad quartum idem respondet Alpin⁹,

lac

ac quidem coagulare, non tamen eâ
nergiâ & efficaciâ, quâ coagulum.
Nam revera controversum Opobalsa-
num lac non perfectè coagulat, sed cum
pso potius coagulatur & spissatur, ut
Alpinus vult. Nec mirum (ut addo)
quia cùm discussoriæ sit substantiæ &
onnihil calentis, ut ait Gal. 2. de comp.
ned. sec. loc. cap. I. magnam non vi-
letur posse in lacte progignere coagula-
ionem, sed mediocrem & moderatam,
ıt mediocris est & moderata ejus adstri-
tiora vis. Ex quod infero, quòd si velim⁹
trictè hoc signum considerare, ut etiam
ıntecedens de maculâ, quibus tantùm
ribuit Plinius, nullum utique unquam
leclarare poterimus genuinum & ve-
um Opobalsamum. Id quod expertus
uit Busbequius in suo illo suprà enar-
ato Balsamo, sibi ab Hally Bassa tanto
um verborũ honore dono dato, quod
amen Medici Cæsarei ausi sunt in du-
oium revocare, *quia*, ut ille ait, *non ex
oto notis, quas requirit Plinius, respon-
lere visum sit*, & nihilominus, ut epist.
itatâ pag. 294. subjungit. *Hoc quidem
ertò certiùs scio, è fruticibus illis, qui in
oortis Matareæensibus Cayro propinquis
oluntur, profluxisse*. Cujus effectus, seu
po-

potius defectus ea videtur posse ex eodem Busbequio causa assignari, *quòd vetustissimarum illarum plantarum, unde promanat, vis aliquantùm ætate* (addo ego culturâ) *imminuta sit.*

Ad quintum respondetur, quòd cùm Dioscorides ait, *hallucinari eos, qui Opobalsamum aquâ concretum pessum ire, & ad ima sidere arbitrantur, postea dissipatum supernatare,* id sibi velle, quòd nimirum illi decipiuntur, qui dicunt, sincerum Opobalsamum debere necessariò pessum ire, & ad ima sidere: quia hoc non accidit, nisi cùm ex alto projicitur, ut prorsus in nostro animadvertere est, quod solùm, cùm ex alto cadit, fundū petit & ad ima descendit, & postea non, ut adulteratum, dissipatur, antequam supernatet, sed priùs supernatat, quàm dissipetur. Et dum supernatat, oleum non imitatur, se convolvens & in stellæ modum diffundens, sed æqualiter totam occupat, admirabili quodam modo, superficiem aquæ, nullam stellæ figuram repræsentans.

Ad ultimum demùm respondetur, contradictionem nequaquam includere positiones à me factas, quia Busbequius loquitur de succo in hortis tantum-

ummodò Matareæ collecto, qui ſanè
quor ob culturam præſtantior exiſtit,
non niſi ad manus Principum deve-
it; non de alio, qui pariter per inciſio-
em in Arabiâ, & aliis locis ex frutici-
us Balſami extrahitur: cujus ſanè licèt
Veslingio dicatur quoque adeſſe mi-
ma quantitas, id potius intelligendũ
t in ordine ad ſuccum per decoctio-
m extractum, cujus longè major eſt
pia, quàm ſimpliciter, & abſolutè.

Cùm verò ſubjungitur, Opobalſa-
um per decoctionem non eſſe verum,
d adulteratum, quòd ſane videtur et-
n aſſerere Proſper Alpinus, funda-
ẽtum, nì fallor, minimè habet ac pro-
bilitatem ullam, niſi in tali decoctio-
aliquid aliud ſuperaddatur. Si enim
e Opobalſamum falſum non eſt, &
e compoſitum, ſed vi ignis & aquæ
fruticibus illis extractum, cur dici
bet adulteratum? nonne eſt ſuccus
is plantæ, nullam in ſe cõtinens ma-
iam extraneam? quomodo ergò pot-
dici adulteratus, niſi per hoc nomen
elligere velimus non adeò perfectũ?
od ſanè ultrò libenterque concedo,
n videam primum appellari genui-
m à Busbequio, ſecundum verò vile,
in

in ordine videlicet ad illud. Ambo ta-
men ſunt naturales Balſami ſucci, &
viſceribus illius exoriuntur, nullamqu
extraneæ materiæ continent & admit-
tunt miſtionem, ut adulteratum Opo-
balſamum facit. Siquidem Dioſcorides
Plinius, Avic. & alii, dum ſcribunt adul-
terari poſſe, ſolam proferunt extranea-
rum rerum miſtionem. Vnde ſicut Bal-
ſamum Peruvianum, quod fit per de-
coctionem frondium & ramorum, & di-
citur nigrum, eſt verum Balſamum, u
illud, quod per inciſionem arboris re-
ſultat, & album appellatur, licet no
æquè perfectum, ut videre eſt apud Ni-
col. Monardem cap. proprio (Vnde Me-
dici Valentini, & multi alii, imò & no-
ſtrum Antidotarium illud commendan
pro ſuccedaneo veri Opobalſami, qual
eſt Orientale) ſic enunciandum eſt i
caſu noſtro, ac proinde nullo modo e
illud abdicandum à compoſitione The-
riacæ, imò recipiendum omninò, utpo
tè magis ſimile perfectiſſimo Opobalſa-
mo, quàm oleum Nucis Moſcatæ, au
quodlibet aliud pro ſuccedaneo com-
mendatum.

Sed dato etiam & non conceſſo, li-
quorem hunc non eſſe verum Opobal-
ſa-

mum, ſed quid compoſitum ex Tere-
ntho, & aliis gummis & oleis, vel, ut
uidam aſſerit, ex oleo Iuniperino, an
opterea Theriaca, quam annuenti-
is Protomedico & Conſiliariis ingreſ-
m eſt, tanto cum Manfredi & Panutii
mno projicienda eſt, ut ex adverſo
titur? Nequaquam obſecro, cùm au-
ores non deſint, qui Terebinthinam
eo Nucis Moſcatæ in hac ſubſtitutio-
præponant; & quod ſpectat ad ole-
n è baccis Iuniperi, doctiſſimus Mat-
iolus illud non reprobet ac conde-
net, licet oleum prædictum magis
obet & amplexetur.

Quare &c.

---

*Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo*

D. Collicolæ,

N. Medico à cubiculo Eximio,

Romana Opobalſami adulterati
& falſi,

*Pro Collegio Aromatariorum Vrbis,*

*ontra DD. Antonium Man-
fredum & Vincentium Panutium,*

RESPONSIO.

Lluſtriſſime & Reverendiſſime Do-
mine; Opobalſamo habito approba-
toque

toque à ſeptem Medicis hujus Colleg
Vrbis pro puro & ſincero, obſtat eju
quantitas Romam aſportata, & quæ et
iam ad libitum haberi poteſt, locus un
de venit, perſona, quæ illud vendidit
vile pretium, quo fuit emptum, & quo
odore, colore, ſubſtantiâ, & lenitate
qualitatibus veri differt, nec illius ope
ratur effectus.

Quòd quantitas hujus Opobalſam
debeat judicari ſuſpecta, dubitari no
poteſt : nam ejus planta eſt parva & te-
nuis, non ubique terrarum, ſed in ali-
quibus tantùm, ſeu Ægypti, ſeu felici
Arabiæ terris naſcitur & vivit, ubi no
ſine magno ſtudio ac diligentiâ alitur &
conſervatur, & pretioſiſſimus ſuccu
non ex qualibet fruticis parte, ſed e
caudice tãtùm cortice ſcarificato reſu-
dat, & deſinenter non quocunque anni
tempore colligitur, ſed duntaxat cani-
cularibus diebus, & non quælibet Bal-
ſami planta fert Opobalſamum, ſed *qu*
*in pingui ſolo inſeritur*, & magnâ diligen-
tiâ cuſtoditur, ut teſtatur Proſper Alpi-
nus, Dialogo de Balſamo cap. 2. §.
*Plurimasq; etiam in arenoſis & ſterilibus*
&c. Ergò ſuccus ſtillans ex tali plantâ
non poteſt eſſe niſi pauciſſimus.

Lo-

Locus obstat: nam cùm Venetiis ve-
rit, & Veneti Aromatarii non utan-
Opobalsamo, nec illi⁹ ullam habeant
titiam, quę per visum acquiritur, cre-
ndum utique est, ibi non reperiri ve-
n Opobalsamum, cùm ibi etiam ad-
t Medici & Aromatarii docti, inge-
i & boni Christiani, publicam non
nùs affectantes utilitatem, quàm Me-
i hujus Collegii Vrbis, & DD. Man-
dus & Panutius Aromatarii.
Persona mercatoris, à quâ fuit trans-
sum dictum Opobalsamum, reddit
d suspectissimum falsitatis; cùm sin-
um nō possit hodiè devenire ad ma-
mercatorum, quia Arabiæ interdi-
m est, *ne præter fiscum quis plantam
sami serere queat, neq; succum vel flo-
vel ramulos, vel fructus sine publico
ndato quis capiat.* Alpinus l. cit. §.
*e tamen iis populis* &c. Prætereà Prin-
s eorum locorum, ubi colligitur suc-
iste, habet illum loco rerum pretio-
m. Hinc *Rex Turcarum singulis an-
à Seriph Mecha atq; Medina Domino
s Opobalsami libras dono missas acci-*
ut asserit idem Alpinus in dicto Dia-
o cap. 5. & Rex Turcar. nullum ma-
nunus Balsamo solet facere amico
onfœderato Principi. V-

Vile pretium, quo fuit emptum, to
lit ei omnem fidem veri Opobalsam
quod pecuniâ comparari non potest,
asserit Aurelius Gislenius Busbequiu
Cæsaris Orator apud Solimannum Tu
carum Regem in Ep. 4. legat. Turcica
fol. mihi 359. cujus verba sunt hæc. *Po*
*uuum atq; alterum diem idem equus cu*
*duobus aliis nihilo deterioribus mihi*
*Hally Bassa dono mittitur, quorum un*
*erat Arabs gradarius insigni formâ. Ide*
*donavit me veste sanè quàm eleganti a*
*ro intextâ, & plenâ pixide præstanti*
*mæ Theriacæ Alexandrinæ. Postremò a*
*jecit vasculum vitreum plenum Balsam*
*sed non sine verborum honore. Cætera q*
*mihi donâsset, non se magni ducere, qu*
*pecuniâ comparari possent, hoc esse mun*
*rarum, quo Dominus suus nullum maj*
*amico aut confœderato Principi dona*
*posset.* Ergò benè Manardus l. 6. Epi
3. asserit, *verum Opobalsamum tan*
*pretii existere, ut totius Antidoti pretiu*
*pervertat.* §. *verum Opobalsamum*, &

Quâ stante Balsami penuriâ non
mirum, si tempore Galeni tot variis m
dis adulteraretur, & in Italiâ, Galliâ, H
spaniâ, & Germaniâ à tot seculis eo c
reant, & non solùm Aromatarii illu
d

ſiderant pro conficiendis medicamẽ-
s, verùm etiam Eccleſiaſtici,&Sanctiſ-
nus Papa Vrbanus VIII. Qui ſi illud
bere poſſet ad conficiendum ſanctum
eum & cætera, quæ cum eo in Eccle-
parantur, nulli certè impenſæ parce-
t, cùm ſit Princeps Magnanimus &Li-
raliſſimus,imò ipſimet Aromatarii il-
d emerent, quali pretio poſſent: ven-
rent enim Theriacam eò majori pre-
, quo cariori fuiſſet emptum Balſa-
um; ſed cùm penuria iſta apud nos
n proveniat ex eo, quòd planta non
at: nam vivit, ut Philoſophicè debet
di, cùm vegetabilium ſpecies perpe-
æ ſint & tolli omninò nequeant, cœlo
llis cauſis ad earum generationem
ientibus deſtituto, terrâ ac cæteris
is elementis eodem modo nunc, ut
m ſe habentibus, credendum utique
, non ex aliâ causâ id provenire, niſi
ia Balſamum ſincerum quàm pauciſ-
num colligitur, & paucum illud non
ſtit, niſi in manu Principum eorum
orum.

Itaque hinc clarè conſtat, quàm in-
tè defenſores Opobalſami fictitii ta-
nt notâ negligentiæ & avaritiæ Aro-
tarios noſtros, cæterosque ad pro-

priam

priam excuſandam cooperiendamq
ſimplicitatem.

D. Baldus Baldus, ut quantitatis a
ſerti Opobalſami objectionem effug
ret, & quòd in illo non omnia ad amu
ſim obſerventur, quæ de Opobalſam
ab Antiquis fuerunt promulgata, ut ip
fatetur: dixit etenim, illud ſuum Op
balſamum vel factum eſſe ex decocti
ne foliorum plantæ Balſami, cujus m
gna copia reperitur, vel factum eſſe p
incisionem ex Balſami frutice, non
ſcil. qui in hortis cuſtoditur, cujus ſu
cus ob culturam præſtantior exiſtit,
non niſi ad manus Principum deveni
ſed eo, qui ſponte alibi naſcitur, cuj
ſuccus per inciſionem extractus parit
copioſus exiſtit, ut videre eſt in ſuâ el
ganti ſcripturâ. Sed parcat mihi D. Ba
dus, qui oblitus eſt in medio ejus, quo
dixerat in principio. Paragrapho eni
ſecundò dixit Opobalſamum, quod
ex decoctione foliorum plantæ Balſam
eſſe nigrum, & §. 4. in fine aſſeruit, ſuu
Opobalſamum habere colorem ex vi
di ad aureum tendentem: Ergò non
ex decoctione foliorum plantæ Balſam
nec poteſt eſſe ex Balſami frutice, q
inculto in loco naſcitur; quia ex iſto n

ihil ſucci colligitur, ut teſtatur Alpinus
ı dicto Dialogo c. 2. §. *nihil hæ atque*
*liæ.*

Præterea, quòd aſſertum Opobalſa-
ıum careat qualitatibus veri, nec illi-
s operetur effectus, experientiâ poteſt
eri manifeſtum; nam ſi iſtud in pannũ
neum inſtilletur, maculam relinquit,
ıod non facit ſincerũ, ut Dioſcorides
teriq; omnes ſcriptores de Balſamo te-
ıtum reliquére. Adverſarii, ut Baldus
9. Zacchias §. 6. dicunt, quòd Balſa-
um ſincerum non relinquit maculam
ei modo; h. e. macula, quam relin-
iit Balſamum, non quotidie augetur
dilatatur, ut facit macula ob oleo re-
ta, & firmant id auctoritate Alpini
cto Dialog. c. 5. ubi totum contrari-
ı ſcribit, cujus verba hæc ſunt: *At*
*cerum Opobalſamum, quanquã pau-*
*lum panno etiam inſtillatum inhæreat,*
*men ipſum ut oleum non inficit, neq;*
*ıculam relinquit, quinimò ſecus atque*
*um panno adhæreſcens quotidiè decre-*
*, usq; quò tandem omninò aliquo tem-*
*e ſponte diſſolvatur atq; evaneſcat.*
ıamobrem ſincerum Opobalſamum
ıno quidem, at non olei modo adhæ-

ret,neq; maculam relinquit. Hæc eſt Alpini Concluſio.

Dicunt Adverſarii, ſicut Zacchias §.6 Opobalſamum ſuum in lacte coagulari & ſecũ etiam portiunculam lactis coagulari; & ideò eſſe ſincerum Opobalſamum, & exponit trahitque unà cum aliis Adverſariis Alpinum in dictam eorum concluſionem, dum Dialogo de Balſamo cap. 5. dixit, *Opobalſamum lac coagulat, etſi non ita, ut coagulum, quia lac non perfectè coagulat, quinimò cum lacte coagulatur.*

Bonannus §. 6. ſuæ ſcripturæ innumeris auctoribus ornatæ ſequens dictã expoſitionem Alpini, ſeu potius in Alpinum ſcribit, Opobalſamum non perfectè coagulare lac, niſi tantùm eam partem, quam tangit; cùm actio non fiat ad diſtans: & cùm Opobalſamum ſit reſina, quæ rebus aquoſis cùm non permiſceatur, ſed in ſuperficie reſideat, nõ poteſt coagulare, niſi eam lactis partem quam tangit in ſuperficie.

Baldus §. 10. ſcribit, interpretans pariter dicta verba Alpini, Opobalſamum cùm diſcuſſoriæ ſit ſubſtantiæ, & nonnihil habeat calentis, non poteſt in lacte progignere coagulationem; ſed cum habea

ıbeat etiam moderatā adſtrictionem,
er hanc fit moderata & mediocris coa-
ılatio,& ita non perfectè lac coagulat,
: Alpinus obſeivavit.

Expoſitio primi ſcriptoıis eſt penitus
jicienda: nam non perfectè coagulare
on eſt ſecundùm partem coagulare,ita
: una pars ſit coagulata, altera non:ſed
t non reducere coagulabile ad eam
aſſitudinem & denſitatem, ad quam
ducitur per coagulum, & cum lacte
agulari non eſt in lacte coagulari ſine
cte, niſi hoc gratis concedatur. Nec
cunda expoſitio placeie debet, quia
ɔobalſamum in lac inſtillatum deſcē-
t, conſurgit, diſſolvitur, miſcetur, ex-
nditur ſupra totam ſuperficiem: Er-
omnes ferè lactis partes tangit: Ergò
amplurimas lactis partes debet coa-
lare,non portiunculam tantùm. Am-
ùs Opobalſamum lac coagulat per
ıs qualitates, nempe caliditatem: Er-
actio coagulandi poteſt etiam vir-
aliter fieıi ad diſtans, in ſphærâ ſcili-
: ſuæ activitatis. Ergò aliæ partes la-
s virtualiter tantùm contactæ debent
agulari.

Tertia expoſitio pariter non ſatisfa-
; nam Balſamum nedum per mode-
E 2 ratam

ratam illam adſtrictionem lac coagulat,
ſed etiam & præcipuè per ſuam calidi-
tatem, cùm lac præcipuè coaguletur à
calido, cujus proprium eſt cogere ſimi-
lia & ſeparare diſſimilia; & ideò ſtante
Opobalſami caliditate & levi ſuâ ad-
ſtrictione, non poteſt ſequi mediocri
coagulatio; ſed quia Opobalſamum nō
eſt calidum ut coagulum, ideò rectè di-
cit Alpinus, *quòd lac non perfectè coa-
gulet, ut coagulum.*

Cætera, quæ in Balſamo vero obſer-
vantur, nimirum ſuavis & copioſus o-
dor, color aureus & clarus, & levitas, in
controverſo mihi penitus deſiderari vi-
dentur. Adverſarii verò, & præcipuè
Zacchias hæc ſatis ſuperq; in ſuo dicto
Opobalſamo adeſſe, nedum atteſtatur,
ſed queritur, quòd ſcriptores pro veri-
tate, & non ad preces Aromatariorum,
ſeu potius inſtigatorum, ut ipſe loqui-
tur, nō habeant naſum ad odorandum,
ſeu tantum ſenſum ad cognoſcendum
odorem. Fortaſſè de me juſtè queritur;
poſſum enim decipi; quia nunquam
vidi Opobalſamū ſincerum, nec unqu-
navigavi in Iudæam, ut illud viderem
& odorarer. Sed ſicut contumelioſa iſti-
us hominis verba nec alios nec me ſun
de

ehortata à reſpondendo; ſic adjuvan-
e DEO, non erunt dehortatura Illu-
triſſimum Dominum Thadæum Colli-
olam, nec Perilluſtrem & Excellent:
n. Ioh. Iacobum Vbaldinum, Medi-
os eximios, in judicãdo decernendoq;
hâc controverſiâ ſecundùm verita-
m, & eorum animi integritatem &c.
Quare &c.

---

## ALDI BALDI, Medici Romani,

## ORIENTALIS OPOBALSAMI,

### *Propugnatio Secunda.*

CLariſſimi Viri. Poſt traditam DD. meis defenſionem comprobatio-
nis Opobalſami, à Magnificis An-
nio Manfredo, & Vincentio Panutio
omatariis in cõficiendâ Theriacâ ad-
iti; duæ ad manus meas devenerunt
æ ſcripturæ, approbationem prædicti
uoris infirmare tentantes. Quarum
ma, quæ à DD. meis fuit nobis con-
nata, eſt cujusdam Medici, qui ſe Ev-
ymum (melius diceret Anonymum)

appellat. Secunda verò eſt alterius Me
dici, qui jam pro Collegio Aromatario
rum ſcripſit. Prima reſponſione no
egere mihi viſa eſt, cùm, nî fallor, jan
maneat depreſſa ac rejecta ex iis, qu
DD. Bonannus & Zacchias adduxe
runt, & ego quoque in medium attul
At ſecunda, quia non ſolùm, ut aliæ, ve
ritatem lædere videtur, ſed me etiar
non ſuaviter vellicare, reſponſioner
omninò exigit, inſimulque calamur
meum excitat ad caſtigandam Evony
mi lucubrationem. A quâ inchoando.

Dicit primò Evonymus, tale *Opoba
ſamum non fuiſſe verè approbatum, qui
non à Collegio integro:* Ignorans, vel fin
gens ſe ignorare, in hiſce actibus Colle
gium integrum repræſentari in perſoni
Protomedici & Conſiliariorum, alià
nulla Theriaca, vel alia antidotus eſſe
probè & ritè confecta, cùm numquar
ad illarum ingredientia approbanda re
periatur totum & integrum Collegium
Nec dicat, approbaſſe nos talem ſucc
ut ſuccedaneum, ad quam declaratio
nem totum requiritur Collegium, nar
talis approbatio fuit facta, ut principali
medicamenti, non ut ſuccedanei, & i
deò nulla eſt ejus oppoſitio.

Di

Dicit ſecundò, debere *approbari à nſatis & peritis in recognoſcendis ſimibus medicamentis*, quaſi nos & ſenſu : peritiâ careamus, cùm tamen doctis mnibus notum ſit, quantæ æſtimaonis aliqui ex noſtris, qui tali approationi ſubſcripſerunt, exiſtant, quàmue ſenſati, hoc eſt ſolertes & ſagaces abeantur, in rebus potiſſimum ad rem edicam ſpectantibus. Id quod ſi ille gnorat, munera ab iis egregiè patrata ſpiciat, & APES adeat VRBANAS l. V. Leonis Allatii, videbitq; inter ils, an aliquæ ex noſtro cœtu reperianır ad dignoſcendum libandumque, ex uthorum monimentis, verum Balſaum aptæ. Interim verò ſciat, nos etm adhibuiſſe judicium D. Io. Baptiſtæ altrotti, Aromatarii ſeu Drogherii, qui Ægypto ad multos annos degit; D. larci Avantii olim Venetiis Pharmaopolæ, & nunc in Vrbe Chirurgi, qui lic conſimilem vidit liquorem, verum pobalſamum ab omnibus exiſtimaım, & D. Leonardi Fordoiſſon Confl. al. nuper ex familiâ E. Card. Lugd. : nunc E. D. mei Cardinalis à Balneo omeſtici Pharmacopœi, qui pariter pud D. ſuum Cardinalem à Lugduno

verum Opobalſamum vidit; & omne isti Viri periti nobiſcū ſenſerunt & ſentiunt; ut mittam Illuſtriſſimum D. Equitem Caſſianum à Puteo, qui aliàs ab Illuſtriſſ. & Excellentiſſ. D. de Breves vero Balſamo donatus, hoc noſtrum ęquè ac nos, approbavit.

Dicit tertiò, *doctos Medicos & perito Pharmacopolas ſemper affirmâſſe Balſami ſuccum, lignum, & ſemen verum Orientale hoc tempore non inveniri.* At contrarium affirmant oculati teſtes, Viri doctiſſimi jam à me citati, Busbequius, Radzivillius, Bellonius, Alpinus, & Veslingius, quibus præter Scaligerum duos addo Medicos præſtantiſſim[illegible] Ioannem Coſtæum, & Carolum Cl[illegible]um. Ille enim ſuper primum lib. [illegible] ſue de Oleis, cap. de Oleo Balſami hæc habet verba. *Quare habeo ego perpetuas gratias Ioſepho Parpalliono Novarienſi Medico, nobilitate, doctrinâ, & moribus inſigni, à quo ex Memphi poſt aliquot annorum peregrinationem nobis reſtituto, ejus Olei aliquantulum accepi, quod omnibus numeris legitimum eſſe Balſamū pro certo habeo.* Cluſius verò lib. 10. Exotic. cap. 9. in Annot. ad Monardem de Balſamo ſic tandem ſcribit. *Egò ſanè pau-*

*paulul um legitimi Opobalſami habeo, ex munere Nobiliſſimi Baronis, Davidis ab Vngnad, Cæſarei ad Turc. Imper. Selymum, Solimanni filium, & Amuratem ipſius nepotem Legati, quo Conſtantinopoli diſcedens poſt quinquennalem iſtic moram ab ipſo Amurate donatus fuerat; deinde pauxillum etiam habui à Generoſiſſimo Barone, Eduardo Zouche Anglo, Conſtantinopoli reduce; mittebat etiam ante paucos annos Vir doctiſſimus Io. Pona, quod omne amicis impertii.* Addo inſuper Iacobum Ferrarium Philoſophum & Medicum Mantuanum, qui in Idæa Theriacæ, & Mithrid. cap. 16. ait, Veronæ fuiſſe confectam Theriacam, anno 1504. ab Antonio Bertiolo, cum legitimo Opobalſamo ex Orientali plagâ adlecto, additq; propoſitum quoque fuiſſe ſincerum Xilobalſamum & Carpobalſamum, non fuiſſe tamen horum adhibendorum facultatem à Celeberrimo Veronenſi Collegio petitam, quia utrumque temporis tractu aliquid vitii contraxerat. Id quod anno 1626. fuiſſe etiam Patavii factum, ſuprà deduximus. Quòd ſi his non contentus Evonymus alios deſiderat teſtes, Andream adeat Chioccum, Franciſcum Calceolarium,

Michaelem Döringium, Nicol. Guibertum, Io. Ponam, & alios ab Eruditissimo Collegâ D. Bonanno adductos; sed interim ne pigeat ad incredulitatem funditùs removendam Villamontium & Breevium audire, qui de hâc re nonnulla habent vernaculo quidem sermone, hoc est Gallico, cùm ambo sint Galli nobilissimi, ab ipsis edita, sed quæ ab Eruditissimo amico Gabriele Naudæo latina hunc in modum fieri curavi. Sic ergò ait Villamontius, Eques Ord. S. Sepulchri lib. 3. Peregrin. suar. cap. 13. *Quarto aut quinto ab Vrbe Memphi lapide vicus est maximus, nomine Mataraa, veri Balsami ortu celebris, quem propterea die sequenti perlustrare constituimus. Arbor in eo est valdè pusilla, & ad summum alta pedes duos, foliis perpetuò virentibus, nec ab Ocymo multum diversis præterquam magnitudine, quæ in Balsamo aliquantulum excedit. Ex eâ cum semel Augusto mense, iterumq. duntaxat in anno inciditur, aqua paulatim exudat subflava, quæ ut veri & naturalis Balsami nomine, sic dotibus cæteris insignita est.* (Notandum autem hoc iter fuisse factum anno 1589.) Brevius verò, qui fuit Regis Christianissimi apud Turcarum

Prin-

Principem Orator, & postmodum Romæ apud Paulum V. Pontif. Max. in primâ parte suarum Relationum, ubi de Memphi & Mataræa sermonem habet, sic scribit: *Inde gradum fecimus ad hortum Balsami, arbusculis consitum, & magnâ diligētiâ custoditum ab hortorū Præfecto, quem Bostangum vocant. Hic unumquemque nostrum rogavit, ut ab ejusmodi plantis manus omninò abstineremus. Erant autem illæ, quas vidimus, septem aut octo, totidem in areolis à se invicem separatæ, humiles admodum, vixque unius aut alterius cubiti magnitudinem censendæ, folio, quod tunc in illis non admodum frequens erat, planè ut Samsuchi sive Majoranæ esse solet. Bostangus obtulit nobis Xilobalsami virgulta aliquot, & duos tresve urceos plenos Opobalsami. Vna ex illis plantis liquorem suum ex vulnere fundebat in subditam lagenulam. Cùm autem è comitatu nostro quidam ramum imprudens ab arbusto penitus avulsisset, non secus expalluit Bostangus, quàm si de vitâ suâ conclamatum fuisset, asseruitq́ue, fieri non posse, quin capite tandem plecteretur, si Turcarum Principi aut Bassæ damnum illud innotesceret. Verùm ære modico tot querelis*

 *finem*

*finem non difficulter fecimus.* Et id fui
anno 1605. Id ipsum quoque in Peregri
nationibus transmarinis, collectis
Gaspare Vns, pag. 89. in description
Cayri his verbis habetur confirmatum
*In pago, qui à Cayro longiùs haud abest*
*quam Tendit à Lutetia, sunt Balsami fru*
*tices in magno quodam horto, sed angu*
*sto loco, muris concluso, quos extructo*
*fuisse ajunt, postquam Turca Ægyptun*
*Soldano ademit. Bassa autem à Turcar*
*Imperatore huic regioni præfectus, ea ar*
*busta digna existimavit, quæ peculiar*
*loco concluderentur. Cùm Bellonius illi*
*esset, novem aut decem duntaxat fruti*
*ces ejus aderant, quæ nullum liquoren*
*præbebant. Stipitem habebant pedis lon*
*gitudine & pollicari crassitie, tenuibu*
*ramulis præditum, qui raris foliis pradit*
*sunt.* Quòd si hæc non sufficiunt, au
diat Rev. P. Bernardinum Cæsium So
ciet. IESV, qui lib. 4. de Mineral. cap
12. sect. 1. numer. 9. sic ait: *ex dictis pla*
*num est, Balsamum non uni tantùm Iu*
*dææ concessum, contrà, quàm sentiunt Pli*
*nius & Solinus; sed provenire etiam in*
*Ægypto & Arabiâ felici, & quidem ha*
*quoque tempestate, quòd tamen inficiari*
*tur quidam imperiti, hanc plantam pror-*
*su*

*ſus mundo periiſſe rati.* Hæc Cæſius, libro citato à ſe edito anno 1636. Lugduni.

Quartò dicit, Balſami plantas non eſſe in Iudæâ & Ægypto patritias, ſed advenas, quia, ut tradit Ioſeph. lib. 8. Antiquit. cap. 2. Reginæ Sabæ beneficio Balſamum in Iudæâ propagatum, cùm plantulas Balſami inter reliqua dona Salomoni vivas aſportavit: & in hoc quidem rectè loquitur. Sed dum vult probare tales plantas defeciſſe, tùm quia à Plinio dicitur, quòd in excidio Hieruſalem ſub Tito imperatore *ſaviére Iudæi in eam arbuſculam, ſicut in vitam ſuam, contrà defendére Romani, & dimicatum pro frutice eſt*: tùm quia de illis non fit mentio in hiſtoriis; errat multipliciter. Primò namq; ex Plinio deducitur, dimicatum fuiſſe, non autem viciſſe Hebræos, imò totum oppoſitum. Secundò, quia adhuc remanebant in proprio & nativo ſolo apud Arabes & Nabathæos, quibus patritia eſt Balſami planta, ex Pauſania in Beothicâ, Strabone 16. Geogr. & Diodoro Siculo in Bibliothecis. Et tertiò, quia falſum eſt, in hiſtoriis mentionem non fieri de Balſamo Iudaico & Ægyptiaco, extantibus

poſt Hieroſolymæ excidium, ut jam patet ex iis, quę adduximus ex Busbequio, Radzivillio, & aliis, qui hiſtoricè loquentes Balſamum in Ægypto reperiri affirmârunt. Quòd ſi eorum narrationes illi nō videntur hiſtoriæ, adeat Paulum Iovium lib. 17. Hiſtoriarum ſui temporis, ubi, tractans de bello Selymi cōtra Tomumbejum Sultanum Ægypti, hæc habet verba. *Erat pagus ad ſextum lapidem ad urbe Memphi, qui Mataraa dicitur, Balſami fæcunditate memorabilis; ibi enim hortulus eſt humilibus arbuſculis conſitus, unde liquor ille omnium odoratiſſimus reſudat; cum eburneis cultellis extremi cortices inciduntur, cui propter inſignes vires, quando id donum natura aliis terris inviderit, morbi hominum & oborta luxuria eminentiſſimum pretium fecerūt. In eum locum juxta Rhodaniam vicum Tomumbejus &c.* Adeat præterea Borchardum Argentoratenſem, Ord. Prædicatorum, qui vixit circa annum 1283. ut ſcribit Io. Voſſius lib. 2. de Hiſtoricis latinis. Is enim in deſcriptione Terræ Sanctæ regionumque finitimarum primâ parte cap. 7. §. 39. hæc habet. *Supra mare mortuum in litore ejus Occidentali de Segor, Leuca una*

*una est ascensus montis Engadi, in quo David latuit, ex 1. Regum cap. 24. cùm nsidiaretur ei Saul; in circuitu ipsius mõis & in ipso vinea Balsami consita erat, ed Herodis magni tempore Cleopatra Æypti Regina in odium ipsius Herodis, faente sibi Antonio, transtulit eam in Baylonia Ægypti, & non colitur in Ægyto vinea illa nisi à Christianis, rigatur aquâ fontis, in quo fama est, Beatissiam Virginem sæpè infantem IESVM laisse, cùm fugisset propter Herodem in Æptum &c.* In secundâ verò parte cap. . De horto Balsami in Ægypto sic scriit: *Inter Heliopolim & Babyloniam meo ferè loco est Balsami hortus, de quo tum est suprà, longitudinis jactu duom arcuum, latitudinis autem jactu ladis, habens terram ferè albam. In festo Michaëlis cùm illùc pervenissem, Balmi lignum satis humile existebat, scilir palmæ & dimidiæ in altitudine, hans folia parvula, ut ruta, sed parùm alra, & de ligno mecum detuli &c.* Hanc ndem historiam refert ex Bartol. de lignaco in Itiner. Terr. Sanct. cap. 7. n. 10. Henricus Kornmannus in suo mplo naturæ Historico, addens cum dem Borchardo & Salignaco, quòd mes-

messis Balsami talis est : *Decerpitur folium ex stipite contra Solem , moxque gutta lucida & mirè fragrans scaturit ex rupturâ. Fonticulus autem IESV parvulus est, non sufficiens irrigationi totius horti : quare Saraceni alium foderunt juxta illum puteum, ex quo quatuor boves aquam protrahunt per rotam, sperantes ex vicinitate fontis IESV aquam fore salubrem, at longè aliter res evenit, donec missis canalibus aquã deducerent in fontem IESV, quo facto largiter & salubriter ex aquis mixtis rigatur Balsam hortus. Nec est omittendum, ut refer Chassan. in Glor. Mund. part. 12. consid 76. mirum tamen dictu, quòd à meridi Sabbathi usq; ad auroram diei Lunæ boves nullo verbere impelli possunt, ut i protrahendâ aquâ laborent.* De hoc eo dem horto, quem Iustinus Histor. lib. 3 dicit esse in valle Hierico, & in eo rega le palatium & Balsamum reperiri, faci quoque mentionem Pius II. Pont. Max in suâ Asiæ descriptione; & Sebastianu Maccius Durantinus Soteridos lib. 3. si canens:

*Est etiam juxta has ædes junctissimu*
*hortus*
*Antiquis cultus Patribus, Domino*
*Penatum,* *Hau*

*Haud ingratus ager, quòd Balſama plurima condat.*
*Fons eſt in medio nitidus argenteus undis,*
*Vnde fluit rivus parvo cum murmure, & omnem*
*Perpetuis manans undis, celer irrigat hortum &c.*

noſtris vero hoc idem confirmat Bravolus, in Exam. fruct. pag. 202. aſſens etiam num gigni Hiericũthe, quod lgo Ierico dicitur, Iudææ oppido, & de advehi facilè poſſe navibus, quæ otannis Venetiis Hieroſolymam ſolnt.

Quintò dum Evonymus in eodem armento permanens conatur probare, feciſſe Balſami plantas. Primò *quia tres Franciſcani referunt, ſe illas non idiſſe* Secundò, *quia Conſules Veneti hoc liquore non faciunt atteſtationem*; Tertiò, *quia Venetiis ſi haberetur, non bſtituerentur grana Iuniperi in compoione Theriacæ* Vtitur, quoad primum, ſtibus invalidis, quoniam boni illi tres (ſi tamen verum eſt, quod ait) emph. non degunt, & in Arabiam nõ oficiſcuntur, nec de pretioſis mercis, ut Balſamum eſt, cùm panem emẽdi-

dicent, ad eos pertinet agere & perquirere: Quoad ſecundum, Alpinum & Veslingium adeat, ipſosque interroget nobiles Venetos & mercatores, & poſtea loquatur: Et quoad tertium, ſciat Venetiis non ſubſtitui grana Iuniperi, ſed oleum Nucis Moſcatæ, & hinc non argui liquoris Balſami defectum, ſed quantitatis, quæ tanta illùc aſportari non poteſt, ut valeat Theriacis, quæ ibi ſingulo quoque anno ad tres mille libras & ultra componi ſolent, deſervire.

Sextò concedit, quod negaverat, ſcilicet fuiſſe olim, & nunc eſſe Balſami plantas, ſed negat producere *ſuccum bonum, quia ſylveſtres ſunt*; & ideò aſſimilat earum ſuccum *vino Lambruſca, & Ciambroni reſpectu Moſcatelli.* Verùm preter Alpinum, qui manifeſtiſſimè contrarium aſſerit, ex his Veslingii verbis ad caput xiiij. Alpini de Balſamo, redarguitur hæc aſſertio. *Cæterùm (ait) plantæ Balſami natale ſolum rectè Alpin Arabiam aſſerit, vel hoc nomine cæteri provinciis celebriorem, ex qua ramorum fructuum, & odorati illius ſucci copia ſatis ampla in Ægyptũ defertur: Theophr*

ἄγριον ἐδὲν εἶναι τὸν βάλσαμον ἐν-

θα

*-ταμοῦ, sylvestrem nullum esse Balsamũ ...llibi famâ acceperat : revera tamen in Arabiæ collibus, quamvis alia cura nulla ...ccedat, felicibus sylvis progeniem sub-...nittit.* & paulò post exponens Plinii di-...ta, quibus tàm sedulum modum inci-...endi corticem describit, & Taciti nar-...ationem, quâ dicit plantam hanc fer-...um expavescere, ideoq; testæ lapidis-...e fragmento corticem dividẽdum fuis-...e, sic ait: *Sed hæc de tenellâ plantâ atque ...n alieno solo languidiùs adultâ habenda ...unt: non idem de indigenâ illâ, quæque ...alidâ jam stirpe terram patriam com-...lexa est. Hanc enim ferrum non refor-...nidare, nec duriùs in compescendis ramis ...luentibus imperium, abundè mihi con-...rmârunt Arabes, qui horum fasces inte-...ros Cayrum deferunt.* Quòd verò ex ...stis plantis laudabilis eliciatur succus, ...ametsi forsan inferioris cõditionis eo, ...ui in Palæstina & Ægypto olim colli-...ebatur, ab eodem Veslingio paulò pòst ...ubjungitur, & anteà fuerat ab Alpino ...ffirmatum, neque sine fundamento; ...ùm istud, ut illud, odoris suavitate gra-...um admodum sit, & eundem agnoscat ...ollectionis suæ ac generationis modũ, ...isdemque præditum sit facultatibus & do-

dotibus, quibus illud apud antiquos te-
ſtatum habemus, fuiſſe præditum.

Septimò dicit, non poſſe fieri judici-
um de hoc noſtro controverſo Opobal-
ſamo, quia verum non habemus, ex cu-
jus comparatione falſum dignoſcatur
Sed ad quid Dioſcorides, Plinius, & ali
permulti Auctores tradiderunt modum
& ſigna, quibus verum à falſo Opobal-
ſamo dignoſci poſſit? ut mittam, Viros
peritos à nobis adhibitos verum Opo-
balſamum vidiſſe, & ideò falſa aſſertio

Octavò infert, quòd cùm ex Alpino
*planta Balſami in locis arenoſis non fera*
*ſuccum, multò minùs, quæ in ſylvis, &*
*nunquam cicuratæ.* Quaſi in ſylvis non
poſſit eſſe pingue ſolum, & aliqua ho-
rum fruticum cultura, & eâ quoque de-
ficiente, deficere omninò debeat in illi
ſuccus & humor.

Vltimò ponit in controverſiam, an
debeat haberi fides Alpino de Balſamo
ſcribenti, *quòd videatur diſſentire à ſe in*
*deſcribendâ ac depingendâ Icone tali*
*plantæ.* Sed hòc aſſerere de tanto Medi-
co, lædit multos Viros Clariſſimos, qu
ei adhuc viventi, & Patavii medicinam
profitenti fidem adhibuerunt, & eò ve
maximè, quòd illis, ut ipſe ſcribit lib. 4

de

e Medicinâ Ægytiorum, & de plantis
Egypti cap. 14. & confirmat Io. Pona,
eram plantam adhuc virentem illuc à
asportatam demonstraverit: Vnde si
uæ est in pictura à scripturâ varietas,
on debet tollere fidem Alpini, qui nõ
iit pictor, sed scriptor, præterquam
uòd secundùm varia anni tempra di-
ersimodè repræsentat planta ista folia,
figuram.

Verùm ad alium Medicum acceden-
o, & eminus ac strictè ejus tela propu-
nando: Incipiamus à suæ scripturæ
tulo, qui est, *Romana Opobalsami adul-
rati & falsi.* Id quod si verum est, ad
uid tot conatus & studia, si jam est fal-
m & adulteratum? Meliùs ergò debe-
it inscribere, Romana Opobalsami, ut
go inscripsi; quia lis est, nemine discre-
nte, circa Opobalsamum: An verò sit
lsum, vel sincerum, est id, quod per-
uiritur, & ad Iudices, non ad nos, spe-
at decernere, eorumque munus est,
on nostrum, prædicatum veri & falsi
pobalsamo controverso attribuere.

Conatur deindè probare, talem suc-
um à nobis approbatum non esse ve-
mOpobalsamum ex quantitate, quia,
ait, *ejus planta est parva & tenuis, &*
*non*

*non ubique terrarum, ſed in aliquibus tantùm ſeu Ægypti, ſeu felicis Arabiæ, terris naſcitur & vivit &c.* ſed, quæ'o, legat Alpinum, quem ferè ſolùm in hac ſcripturâ citat, & videbit illum tale argumentum à quantitate deſumptum evertentem: ſic enim ait loco à ſe citato, ſcilicet Dialogo de Balſamo cap. 2. *Omnes prædicti nobiles Turcæ uno ore affirmant, propè Mecham & Medinam in montibus planis, cultis & incultis locis, innumeras Balſami plantas ſpontè natas ſpectari, plurimasq; etiam in arenoſis ſterilibusq; locis, quæ tamen vel nihil vel minimum ſucci producunt.* Quo ſtante, nonne innumeræ illę plantæ poſſunt multam ſucci copiam progignere, & ex eâ nonnihil etiam, imò non parum ad noſtras oras aſportari? Magna eſt Arabia, in quâ naſcitur, & vaſta Provincia, rerumque ſimilium feraciſſima. Sed ut veritas iſta, tametſi jam ſatis oculato Veslingii teſtimonio comprobata, magis magisque adverſario innoteſcat, iterum audiamus Alpinum, lib. de plantis Ægypti cap. 14. ſic loquentem. *Scito, ibi à Seriph Arabum Principe Opobalſamū ſolere locari, ſolvuntq;, ut audio, aliquot millia aureorum in ſingulis annis, & qui* ha-

*bent ab ipſo cõductum, quibus volunt, ndunt*. Quæ ſanè verba non exiguam obalſami quantitatem, ſed magnam ic reperiri, cuicumq; palàm faciunt.

Tentat ſecundò intentionem ſuam obare ex loco, nam *Venetiis*, ut ait, *de advectum eſt, non uſurpatur pro eriacâ conficiendâ, cùm tamen*, ut ſubngit, *ibi ſint Medici æquè docti, ingenui, boni Chriſtiani, quàm Medici noſtri llegii*. Verùm quid ad nos? Cauſa im, ob quam non utuntur Venetiis c ſucco, jam ſuprà in reſponſione ad onymum fuit explicata; Neque id Medicos Venetos eſt referendum, l in Aromatarios, qui ſi proponerent s Medicis ſuperioribus tale Opobalnum, quale nobis propoſuerũt Mandus & Panutius, eandem utique reṙtarent approbationem, ut iſti.

Tertiò idem probare conatur ex pera Mercatoris, dicens, *non poſſe ſincen Opobalſamum ad manus Mercaton devenire, quia, ut ait Alpinus, Aiæ interdictum eſt, ne præter fiſcum is plantam Balſami ſerere queat, vel cum;, vel flores, vel ramulos, vel frus ſine publico mandato quis capiat*. Reritur publicum mandatum & licentia,

tia, concedo; ergò haberi non poteſt
nego; & ratio negationis deſumatu
ex loco citato de plantis Ægypti, imò e
verbis antecedentibus callidè omiſſis
quæ ſunt hæc: *In Arabiæ verò multis lo
cis innumeræ propemodum plantæ magn
cum illiusce gentis lucro aluntur: nequ
ſatis diu eſt, quòd apud Arabes utilitas &
lucrum hoc agnoſcitur: etenim Opobalſa
mi quantitas multa in Orientis loca com
portatur, quibus in locis eum ſuccum i
ſummo pretio eſſe, multi ex Arabibu
nunc Cayrum habitantibus narran
Cujus ſucci lucro ab iis cognito, certatin
multos Balſami frutices ex arenoſis mon
tuoſisq́ locis in viridaria transferre co
nantur. Quamobrem ibi innumera Bal
ſameta cernuntur. Lege tamen iis inter
dictum eſt, ne præter fiſcum &c.* Ne
quod addit de pauca quantitate Balſa
mi dati quotannis ab Arabum Princip
Turcarum Imperatori, quidquam off
cit, nam hoc eſt munus, & compenſati
quædam, ſeu tributum, ut ex eōden
Alpino lib. citato de plantis Ægypti ap
paret. *Mittit* enim, inquit Alpinus, *Re
Turcarum huic Seriph munera hæc, quip
pe chlamydem auratam, ejusque filiis &
fratribus centum & quinquaginta mil*
*li*

*a aureorum singulis annis ; pro quibus uneribus ipseRegi Turcarum dono mitt quadringentas petias lineas Indicas btilissimas, cujusmodi esse byssum, de uo meminére sacræ litteræ, existimari test. Ampliùs cum eo bysso mittit etiam egi Opobalsami tres quatuorve libras, Præfecto Cayri libram, atq; Hamirag regrinorum semilibram. Sunt etiam ii duo Duces sive Hamirag cum multis regrinis, scilicet alter è Damasco & alr ex Arabiæ felicis locis, Mecham & edinam visitatum venientes, quibus nibus dat parum Opobalsami.* Et paupòst, prævidens quasi Alpinus hoc stri Adversarii argumentum, subjun-. *Cæterùm, ne ex hac historiâ dubites, ntum Opobalsami habere Seriph, scito eriph Opobalsamum solere locari, solntq;, ut audio, aliquot millia aureorũ singulis annis &c.* Verisimile tamen succum illum, quem Turcarum Redono mittit, esse præstantissimum oinò atque selectum.

Addit quartò, *vile pretium, quo fuit btum, tollere omnem fidem veri Opo-samì, quod pecuniâ comparari nõ pot-ut ex Busbequio patet: unde Manar-lib. 3. epist. 3. asserit, verum Opobal-*

*ſamum tanti pretii exiſtere, ut totius An*
*tidoti pretium pervertat.* Reſpondetu
tamen, Busbequium, ut jam à me fui
ſcriptum, non loqui de quolibet Opo
balſamo, ſed de illo, quod in hortis Ma
tarææ prope Cayrum ſitis magnâqu
diligentiâ cultis per inciſionem colligi
tur; non autem de Arabico Opobalſa
mo, quod ob quantitatem & copiam
in quâ Alexandriam & Memphim de
fertur, à quolibet haberi poteſt & emi
ut ex Alpino & Veslingio jam oſtend.
Nec Manardi auctoritas quicquam i
hac re æſtimanda eſt, cùm ille, ut mul
alii, ex eorum numero ſit, qui popu
lariter ſentientes de hoc liquore, popu
lariter etiam de eo loquuntur; excuſan
dus tamen cum aliis, quia Alpini & a
liorum de hujus celebrati ſucci exiſten
tiâ atteſtationes non vidit.

Cur verò *à tot ſeculis eo careant*, ve
ut meliùs diceret, non multum de ill
habeant *Itali, Galli, Hiſpani & Germa*
*ni, multæque aliæ Nationes*, id quod i
ſui tutelam affert Adverſarius, in cauſ
fuit, tùm difficile commerciũ inter Eu
ropæos & Ægyptios atque Arabes, tùn
locorum diſtantia, tùm ſectarum diver
ſitas, tum noſtrorum Principum cu
Orien

Orientalibus ſimultates, tùm demùm neglecta perquiſitio hujus Balſami, quod cùm obtineri poſſit hoc noſtro præſertim tempore, non ſunt omninò excuſabiles Medici & Aromatarii, qui illud habere atque emere non ſtudent. Quòdque hoc ſit verũ, non ſolùm inculcat Alpinus in epiſtolâ dedicatoriâ Dialogi de Balſamo, ſed in libro etiam quarto de Medicinâ Ægyptiorum cap. 12. his verbis oſtendit. *Diverſam ſanè eſſe Theriacæ Ægyptiæ compoſitionem ab eâ, quam Andromachus ſcriptam reliquit, eâq; causâ etiam nonnihil à ſuâ antiquâ præſtantiâ defeciſſe, credendum profectò eſt. Quod peccatum commune etiam eſt noſtris Theriacis, quæ à noſtris Pharmacopolis ita parantur, ut multa deſiderentur ingredientia, multaq; malè ſubſtituantur non ſine artis dedecore, veluti eſt Acorus verus, Calamus aromaticus, Amomum, terra Lemnia, Opobalſamum, Xylobalſamum & Carpobalſamum, atque alia, quibus noſtra Theriaca caret, tamquam illa ſimplicia leviſſimo negotio haberi poſſent, ſi modò illa ipſa agnoſcere vellent.* Ex quibus patet, non *ad propriam excuſandam*, ut ille ſcribit, *aperiendamque ſimplicitatẽ*, quæ cùm

F 2 pru-

prudens fuerit, non rudis, excuſation
non egebat ac velamento, me refudiſſ
Opobalſami defectum in his regionibu
in negligentiam, ne ſordem dicerem, A
romatariorum, ſed quia ſic loqui no
videbatur à ratione alienum in diffi
cultate propoſitâ.

Neque dictum hoc meum de tali Aro
matariorum incuriâ in perquirendo O
pobalſamo Orientali debent Adverſari
ad Eccleſiaſticos viros & Antiſtites ex
tendere; quia, præterquam quòd eo
rum vigilantia & munifica ſolicitud
cunctis ubique pateat, quis non ſcit, a
Medicos non ſpectare ſcientiam Opo
balſami in Eccleſiâ Dei, ſed ad Theolo
gos? ideòque ſi quæ à Medico in hac r
dicta ſunt, amicabiliter eſſe interpre
tanda aſſumendaque? Verùm tameti
non Theologus & Sacrorum rituum pe
ritus, optimè tamen callebam, non it
neceſſarium eſſe Opobalſamum Orien
tale ad Chriſma conficiendum, ut a
Theriacam coagmentandam. Etenin
Sacramenti Confirmationis materia ſta
tuitur quidem Balſamum, ſed an illu
debeat eſſe Orientale vel Occidentale
non decernitur, ut videre eſt apud Bo-
nacinam, tomo primo de Confirm
Diſp

Disp. 3. q. unicâ, puncto 3. proposit. 1. Vbi Conciliis sacris & quamplurimis Theologis citatis, statuit *remotam Sacramenti Confirmationis materiam esse Chrisma, quod conficitur ex oleo olivarũ, admisto Balsamo, cujuscumque loci sit.* Vnde Conrinchius de Sacramentis qu. 72. art. 3. dub. 1. num. 40. consimiliter loquens sic ait: *Nota demum, ad essentiam Sacramenti Confirmationis nihil referre, an sit Balsamum Palæstinum, an Indicum; sicut non refert ad consecrationem, sitne vinum Rhenanum, an Græcũ, rubrum, an album, etiamsi for. è hæc specie differant. Vnde patet, Paulum III. & Pium IV. non dispensâsse cum Indis (ut quidam putant) ut liceret iis Balsamo Indico conficere Chrisma, sed tantùm definivisse, illud Balsamum esse veram & sufficientem materiam, ad conficiendum Chrisma.* Quare cùm Ecclesiastici habeant Balsamum Indicum & Occidentale, majore forsan donatum fragrantiâ, quàm Orientale & Arabicum, & ut istud incorruptionẽ præstans, quæ sunt causæ, propter quas Balsamum ad tale Sacramentum adhibetur, ut docet S. Th. 3. p. q. 72. art. 2. idcircò necessitatem non habent perquirendi Orientale. At res

aliter se habet in conficiendâ Theriacâ, in quâ, nemine dissentiente, Orientale requiritur, & Occidentale vel expresse reprobatur à multis, vel à paucis pro succedaneo recipitur. Incongruè ergò, ne dicam temerè, ad hanc controversiam pertrahuntur Ecclesiastici Viri & Principes.

Ad illud verò, quòd subsequenter scribit: *Parcat mihi D. Baldus, qui oblitus est in medio ejus, quòd dixerat in principio, videlicet Opobalsamum ex decoctione esse nigrum, postea verò affirmet, controversum Opobalsamum habere colorem subviridem, ad aureum tẽdentem;* Respondeo, quòd parcat mihi ipse, qui dormitando meam legit propugnationem, in quâ nunquam dixi, Opobalsamũ ex decoctione esse nigrum, sed Busbequii sunt illa verba, non mea: sciebã enim ex Alpino Dial. de Bals. cap. 4. *Nigrum Opobalsamum nunquam ab aliquo Ægyptiorum vel Arabum visum esse.* Non propterea tamen vituperandus accusandusq; Busbequius, quippe qui loquutus ut Historicus potius, quàm ut Medicus, dum nigrum appellat, & vile intelligit in comparatione ad flavum, quo fuit ab Hally Bassa donatus,

non

on quòd propriè velit esse nigrum & ullius pretii, cùm tale non reperiatur Oriente, quicquid dicat Plin. hujus i fortasse parùm conscius, cum lib. 12. ap. 25. scribit: *Lachrymæ probatio, ut sit nguis, tenuis ac modicè russa, & in fri-ndo odorata. Secundus candido colos, jor viridis crassusque, pessimus niger.*

Cùm autem in eàdem periodo im-obatum relinquens, non posse esse ostrum Opobalsamum ex decoctione oliorum & ramorum Balsami factum, ego quasi affirmavi, & indies magis agisque confirmo, subjungit: *non pos-esse ex Balsami frutice, qui inculto loco ascitur, quia ex illo nihil colligitur, ut lpinus* (eo dicente) *testatur*; Profectò detur non intellexisse vel noluisse in-lligere auctorem hunc, qui tale quid ec loco à se citato nec alibi scribit, sed lùm, *quòd in arenosis & sterilibus lo-s nihil vel minimum succi tales plantæ oducunt.* Sed ubi loca montuosa & lana, culta & inculta, in quibus innu-eras Balsami plantas spontè natas spe-ari Alpinus illìc scribit, relinquit? an utat cum simplicibus rem agere? falli-ır simplex. Advertant ergo DD. mei, uos committat in allegando errores.

Consimilem quoque lapsum in subse-quentibus observent verbis, in quibus contra Clarissi. Zacchiam & me exponentes, signum veri Balsami desumptum ex maculâ non relinquendâ ab eo in laneo panno, & dicentes, relinqui sanè, sed non augeri, ut facit macula à rebus unctuosis relicta; ipse ait, *Alpinum, qui nos citamus hujus declarationis auctorem, totum contrarium scribere*, & verba Alpini afferens, putat se cum idiotis Aromatariis agere. Quomodo enim Alpinus, dum in illis verbis ait: *At sincerum, quamquam paululùm panno etiam instillatum inhæreat, tamen ipsum ut oleum non inficit, neque maculam relinquit, quinimò secus atq; oleum panno adhærescens quotidie decrescit, usquequo tandem aliquo tempore sponte dissolvatur & evanescat:* contrarium scribit nostræ expositioni, in qua asseruimus non dilatari? An decrescere & non dilatari sunt contraria? Decrescere & augeri contraria sunt, & simul stare non possunt, secus decrescere & non dilatari. Abeat ergo hæc infelix impugnatio.

Devenit postea ad signum ex coagulatione lactis desumptum, & prius D. Zacchiæ, deinde D. Bonanni expositionem

nem impugnat; contra illum dicens,nō perfectè coagulare non esse secundùm partem coagulare, ita ut una pars sit coagulata, altera non; contra hunc verò affirmans, Opobalsamum in lac injectum tangere saltem virtuali contactu omnes lactis partes, non portiunculam tantùm, ideoque omnes debere coagulare; sed quanti valeant istæ suæ impugnationes, illis ostendendum relinquo, ipsum verò ne pigeat interim opiliones adire, & ab illis sciscitari, an sufficiat virtualis coaguli contactus ad lac coagulandum, an realis & cum proportione agentis ad passum requiratur. Dum autem tertio loco me vellicat, in arduum trahere tentat quæstionem de coagulationis causis, ignorans sub Iudice adhuc esse litem, cuinam activarum qualitatum talis debeat tribui effectus, & firmatum minimè esse, ut supponit, ad caliditatem eum spectare: præterquam quòd sive unam, sive alteram sequamur opinionem, firma adhuc remanet à me allata ratio de exiguâ in coagulando lacte Opobalsami vi, ex ejus substantiæ tenuitate, & mediocri temperamento elicita. Verùm non currente modo, sed volante penè calamo re-

ſpondens, & Viros magnis negotiis detentos alloquens, ab his ſuperſedeo, contentus Adverſarium tacitè fateri, quòd noſtrum Opobalſamum lac coagulet, licet non ut coagulum; quod nobis ſufficit.

Ex quo & aliis ſignis, quæ clariora in eo adeſſe animadvertuntur, concludere jam liceat, & ex eo præterea, quòd rationes huc uſque in contrarium allatæ & à me auditæ nihil roboris habent, nequaquam damnandum eſſe pro falſo Opobalſamum noſtrum, & Theriacas cum eo compoſitas projiciendas.

An verò Scriptores ex adverſo id faciant, ut dicunt, *pro veritate, & non ad preces Aromatariorum*, cùm agatur coram Iudicibus, ſolertiâ ac doctrinâ ſupra illos longè pollentibus, eorumque auxilio ad cognoſcendam veritatem non indigentibus, neque ad favorem rei, ſed contra Reos prætenſos, & ad finem, ut eorum Theriacæ projiciantur, alii videant.

RO-

# ROMANA OPO-BALSAMI

## *Propugnatio Tertia.*

EXcellentiſſimi DD. Quartam tandem mihi licuit videre conſultationem adverſus controverſum O-pobalſamum, ab ignoto quodam Doctore conſcriptam, ſed cùm eam non minori ſedulitate, quàm aviditate perlegerim, plus fuci quàm ſucci, elegantiæ quàm ſubſtantiæ, & amœnitatis quàm veritatis continere viſa eſt; idq; ut palàm fiat, cuncta in eâ deſcripta perpendamus obſecrò ac trutinemus.

Dicit ergo primùm Doctor iſte; *ſignũ illud deſumptum ab eo, quòd Opobalſamũ verum in aquam injectum diffunditur prius, mox verò ad ſuperficiem deductum & expanſum, quaſi in araneam telam albeſcat, ut controverſus præſtat liquor, neutiquam eſſe veri Opobalſami indicium, ſed adulterati*; cùm Dioſcorides, Plinius, Simeon Sethi, & Saladinus *verum Opobalſamum* dicant *ad ima ſidere, adulteratum olei modo innatare.* Sed difficultatem hanc perbellè delet Alpi-

nus, & cum eo Michaël Döringius, & Nicolaus Guibertus in suis de Opobalsamo libris, & multi alii recentiores, qui in tali succo diversa tempora & varias ætates recognoscendo, non in omnibus ad ima sidere affirmant, sed in ultimâ tantùm, & cum vetustate laborat; id quod nec videtur latuisse Simeonem Sethi ex adverso citatum, quando hæc habet verba: *Sed & hoc ampliùs si probare velis, quod in proprio vigore est & recens, id quoniam super aquam enatat, eo linteum irrigato, & si nihil linteum infecerit, sed tantùm illi odorem & non maculam reliquerit, hoc non est adulteratum ac factitium.* Nec profectò solutioni huic deest ratio, quia, cùm ex Aristotel. 4. Meteor. cap. 3. & 2. de Gener. Animal. cap. 2. *oleum & quæ pinguia sunt, per summa aquæ fluitent*, Balsamum verò tale existat, ut jam jam dicemus, *multumq; spiritûs & aëreæ substantiæ*, quæ est Aristotelis ratio, contineat, nequaquam poterit, nisi sit senio confectum, & ob vetustatem spiritibus atque aëre orbatum densari, & in aquâ positum ad ima sidere. Vnde cùm forsan auctores citati non viderint nisi antiquum Opobalsamum, non mirum, si tale

ale quid conſcripſerint, Plinius videli-
cet & Saladinus; nam de SimeoneSethi
am eſt dictum aliter ſentire: & quod ad
Dioſcoridem ſpectat, nonne, cùm *ſince-
um in aquâ aut lacte celerrimè liquari,
oloreq; lacteſcere* ſcribit, ſupernatatio-
iem videtur admittere, inſimulque Pli-
ium & Saladinum redarguere? Quia ſi
iquatur, quomodo, ut vult Plinius, *ad
ma vaſis ſidens denſatur?* & ut putat Sa-
adinus, *conglutinatur ad modum unius
erlæ rotundæ in imo cyathi aquâ pleni,
a ut cuſpide ipſius cultelli extrahi poſſet?*
'tcumque tamen ſit, dicet aliquis ex-
erimentum demonſtrâſſe, effectum
unc ab artificiali quoque liquore pro-
uci poſſe, imò coram DD. meis, & me
iisque videntibus fuiſſe productum.
t ego ſubjungam, ut ſubjunxi, non u-
um ſignum, ſed ſyndromem requiri ad
iquid ſtabiliendum, ut mittam liquo-
m illum fœtidum fuiſſe & album, nec
aquam calidam, ad miſcibilia ſegre-
nda accommodatam, ſed in frigi-
am, adulterationi detegendæ non
tam ſatis injectum.

Arguit ſecundò ratione deſumptâ, ut
ribit, à naturâ rei, *quia Opobalſamum
omnium ſententiâ (uno ex infimâ claſ-*

*ſe Io. Ponâ excepto) reſinoſum non eſt nec oleum, ſed liquor ſive ſuccus: illud verò, quod oſtentatur, eſt omninò reſinoſum, ita ut ad naturam ferè olei abietini proximè accedat; quare non eſt dicendum verum Opobalſamum.*

Reſpondetur tamen, non ſolùm Io. Ponam à Carolo Cluſio Virum doctiſſimum appellatum, conſtituere illud reſinoſum & pingue, ſed Alpinum & alios. Vnde propter hanc rationem vult Alpinus, quòd ſuper laneam veſtem inſtillatum adhæreat. *Etenim,* ut ait, *non modò ſuccus iſte tenax eſt, ſed ramuli quoque virides, ſi digitis contractentur, eis procul dubio adhærent, quod non nos modò, ſed etiam aliquos Antiquorum noviſſe certum eſt, Nonne Strabo dixit: Ejus corticem ſcindentes ſuccum in vaſis ſuſcipiunt tenaci lacti perſimilem? Quid? nonne Plinius notas ſinceri Opobalſami docens dixit, ſuccum Balſami ſincerum debere inhæreſcere?* Præterea, ut ego adjungo, nonne Theophraſtus, dum lib. 9. cap. 1. inter lachrymas Balſamum enumerat, & in eodem ordine cum Thure & Myrrhâ conſtituit, inter reſinoſa ſimplicia reponit? ac cùm ait, illud pinguedine conſtare, ideoque odoratum eſſe,

ſſe, *quia ea, quæ pinguedine carent, ſine dore proveniunt*, idem non confirmat? nſuper anne Pauſanias, cùm ſcribit, vi- eras nutriri Balſamo; & his utitur ver- is: *Quo enim veſcuntur viperæ unguen- maximè odorato, ita venenum tempe- atur, ut ex lethifero mitius fiat*, exclu- t Balſamum ab oleorum catalogo? mpliùs ſi non eſt reſinoſum & oleoſæ aturæ, cur reſinis & oleis, ut in majo- m molem excreſcat, adulteratur? Sed æſo videat Doctor iſte Simeonem thi à ſe citatum, conſpicietque ſuc- i hunc vocari ab eo Βαλσαμέλαιον, eſt, Balſami oleum, adeatque Meſu- & alios rei medicæ ſcriptores, à qui- s inter olea reponi atque explicari debit. Interim verò, ſi non credit tot æſtantiſſimis Viris, dicat, qui ſuccus, i liquor eſt Opobalſamum, & ſuum noſcat in ſyllogizando errorem.

Tertiò multus eſt in contexendo ar- mento ab odore deſumpto; *quippe ntiqui omnes Balſami odorem cunctis is odoribus prætulerunt, cùm tamen ntroverſus ſuccus vel Terebinthinam l quid aliud cum modicâ ſuavitate vel llâ redoleat.*

Ve-

Verùm ut huic argumento, cujus to
ta vis in majore propoſitione ſita eſt, di
ſtinctè ac ſigillatim ſatisfiat, Poëtis in
primis reſpondetur, ex eorum videlice
cantilenis nihil aliud elici, niſi quò
Balſamum ſit odoratum, quod ultrò li
benterque concedo: patet autem, rem
ita ſe habere, carmina adducta conſide
ranti; quæ ſunt hæc:

*Quid tibi odorato referā ſudantia lign*
*Balſamā?*

Virg. 2. Georgic.

*Nec min⁹ Aſſyri⁹ benè olētia Balſāa porte*
*Et lachrymā lignūq; ſimul, quod Balſam*
*Semper odorata.* (*dona*

Gal. 1. de Ant. in Andr. Ther. deſcript. *E*
*Cypheos cùm odoro fructu Balſami.* Idē 2
de Antid cit.

*Balſama me capiunt, hæc ſunt unguen*
*ta virorum.*

Martial. lib. 14. Epigr. 59.

*Gemmantes alii per totum Balſama te*
*ctum*
*Effudére cades, duro quæ ſaucius ungu*
*Niliacus pingui deſudat vulnere cortex*

Claudius in Epithalamio Palladii &
Serenæ, in quo cùm dixiſſet & roſas &
violas à Paranymphis affatim fuiſſe in
nuptiarum thalamum profuſas, illa
ha-

habet carmina, ex quibus & ex ſuprà al-
atis, ut Adverſarius vult colligi eximi-
um ſuavitatem; ſic nos odorem ſolùm,
eumque gratum & ſuavem deduci arbi-
ramur.

Quod verò ſpectat ad Philoſophos &
Medicos, reſpondetur, Theophraſtum,
rùm in Græciam non advehi verum O-
pobalſamum, ſed adulteratum ſcribat,
& ex aliorum, non ex propriâ ſententiâ
oquatur (dicit enim, *tradunt*) parùm
ut nihil Adverſariis prodeſſe, ut mit-
am loqui eum de tali ſucco, *quando
unguibus ferreis factâ in caudice & par-
e ſupernâ arbuſti inciſurâ colligitur: quo
empore tradunt odorẽ in ferri eximium
& copioſum, adeò, ut ex parvo ſpatium
erlongum odor valeat permeare.* Non
rgò ad rem facit Theophraſti auctori-
s, & ſi etiam faceret, non video quan-
æſtimanda eſſet ab Adverſariis, cùm
odem libro nono, capite 2. hanc ean-
em penè ſuavitatem, quam cap. 3. con-
à, ac ſentiant Dioſcor. & Plinius, at-
ibuit primùm Carpobalſamo, deinde
Xylobalſamo, Terebinthi lachrymæ,
uam vocat *odore gratiſſimam*, non de-
eget. De Plinio etiam mox adducto
on aliter ſentiendum videtur, quippe
qui

qui vel loquitut in ordine ad res odoratas sui temporis, vel Rhetorico modo, non Physico, quemadmodum facit infra describens qualitates ipsius, vel non satis sibi constans suspectus fit & modicæ fidei. In eodem enim cap. 15. lib. 12. in quo scribit *Balsamum omnibus odoribus præferri, & esse suavitatis eximiæ*, scribit quoque, *esse in fricando odoratum*, & paulò pòst, esse debet *odore tantũ austerus*. Vnde si Balsami lachryma est eximiæ suavitatis, cur eget fricatione, ut talis appareat? & si ejus odor est tantùm austerus, quomodo tam suavis & gratus, cùm austerum & suave contraria quasi sint? Ex Dioscoride quoque non plus roboris desumit argumentum propositum; cùm enim validi odoris Opobalsamum constituit, talem non exprimit suavitatem, qualem ex adverso prætendunt omnes; etenim particulam εὐώδες, quam usurpat ad denotandum talem odorem, adhibet quoque ad exprimendum odorem Myrrhæ, & picis aridæ; quæ sanè, ut advertit Rondoletius, suavitatem non spirant. Quòd si adhuc instent, nec valorem hunc in nostro Opobalsamo reperiri, ad eundem

si sen-

ſenſus non ſufficit, Dioſcoridem eos
emandabo, & ab ipſo intelligant vali-
um hunc odorem, quem eximiæ ſua-
tatis loco perquirunt,non cuilibet O-
obalſamo, ſed præſtantiori tantùm,
uale noſtrum non eſt, convenire. Non
im aliud ſonant illa verba, *ſumma*
*obatio eſt, ut ſit recens, validi odoris*
*c.* quàm, excellentius Opobalſamum
probatiſſimum eſſe illud, quod re-
s eſt & validi odoris,illud verò, quod
cens non ſit & odoris validi, non a-
ò præſtans atque excellens proba-
mque exiſtere.
Sed quid àdSalomonem,cùm ait,*ſic-*
*Cinnamomum & Balſamum aroma-*
*ans odorem dedi?* illiusque commen-
ores, qui ſcribunt,nomine vinearum
gaddi intelligi Balſamorum virida-
m, quod ſuaviſſimum longè latèque
rabat odorem? Iam patet reſponſio
primâ conſultatione, quâ ſtatutum
ex tali Salomonis loco non ſuavem,
aromatizantem colligi odorem; &
od ſpectat ad vineasEngaddi, jam vi-
nus exBorcardo Argentoratenſi, &
rmanno in ſecundâ reſponſione ad
onymum, tales vineas delicatiſſimas
& ſpecioſas, & nihil de tantâ ſuavi-
narrari. Il-

Illud etiam, quod ex Ecclesiaste cap. 24 adducit, & in quo multos video, ut in argumento magni roboris, sibi complacere, videlicet: *Et quasi Balsamum non mistum odor meus*, non plus valet, si præsertim integra, non mutilata afferantur Sacri texus verba, quæ sunt ista. *Sicut Cinamomum & Balsamum aromatizans odorem dedi, quasi Myrrha electa dedi suavitatem odoris, & quasi Storax, & Galbanus, & Vngula, & Gutta, & quasi Balsamum non mistum odor meus.* Ponat ergò scriptor ex adverso particulam (quasi) cum Storace, & Galbano, & Vngulâ, & Guttâ, & Balsamo non misto, & deinde videbit, quam suavitatem eliciet. Mysticus est iste loquēdimodus, & supra Iatrophysicæ sphæram se extollens. Ideoque non erant in medium afferenda Sacra hæc testimonia ab Adversario, quem jam cautum facere debuerat alterius Aromatariorum Patroni, sese Theologicis immiscere volentis, periculum, & quem non latuisse talis loci expositionem à D. Bonanno ex Cornelio à Lapide adductam verisimile est. Ait namque eximius iste Theologus: (ut res pulchra iterum audiatur) *Balsami odor virtutem habet ma-*

*sculam*

*culam, & fortem, quo circa Balſamum velut virile & generoſum, reliquis unguentis præcellens viri adhibere ſolent, um fœminis daretur Amomum Aſſyriũ, liaq; id genus delicata unguenta, juxta llud Martialis:*

*Balſama me capiunt, hæc ſunt unguenta virorum,*
*Delicias Nini vos redolete nurûs.*

*Hinc materia Sacramenti Confirmationis, quo perfecti Chriſtiani efficimur, unimurque quaſi milites & athletæ Chriſti ad pugnam contra Diabolum, carnem mundum &c.* & paulò poſt. *Virtutum eiparæ fragrantia nil habuit molle & fœminatum, ſed virilis fuit & maſcula.* uòd ſi his non acquieſcit, audiat Gloſm ordinariam in locum adductum & yſterium veneretur. *Balſamum*, inuit, *ſolent agricolæ acutis lapidibus, vel eis cultellis incidere, nam ferri tactus xius eſt. Per inciſiones manat ſuccus oris eximii lacrymis pulchrè roranti lanâ exceptus, parva colligitur in corna. Gratia præcipua debetur lacrymæ, unda ſemini, tertia cortici, minima lio. Chriſtus quoque humilis in carne, l plenus gratiâ & virtute vulneratus propter iniquitates noſtras, & nobis*

*vitæ*

*vitæ & salutis Sacramenta profudit. Unde & quasi Balsamum non mistũ odor meus.* An plura desiderat? Nicolaum de Lyra sic loquentem auscultet. *Hîc,* inquit, *ponitur dilatatio famæ cultûs Divini in Hierusalem augmentati; quæ quidem famæ diffusio significatur sic per bonũ odorem, juxta illud Cantic. 1. post te curremus in odorem unguentorum tuorum: & 2. Cor. 1. Christi bonus odor sumus.* Recẽsentur autem plures arbores & species aromaticæ, quarum proprietates explicare non est ad propositum; nam hîc solùm introducuntur ad designandam diffusionem bonæ famæ per suavitatem sui odoris, sicut & arbores expressæ in parte præcedenti ad exprimẽdum augmentum cultûs Divini, An autem hoc idem significent sacra illa Ezechiel. 17. verba. *Balsamum, & Mel, & Oleum, & Resinam proposuerunt in nundinis tuis,* & illa ab Ecclesiâ in Missâ pro pluribus Martyribus tempore Paschali adhibita. *Sancti tui, Domine, florebunt sicut lilium, & sicut odor Balsami erunt ante te,* nec Adversarius dat occasionem dicendi, nec si daret, sine temeritatis forsan notâ liceret aggredi ac dicere: revertamur ergò ad res nostras.

Impugnat subsequenter Doctor iste, quòd aliàs fuerat à me dictũ, ideo nempè in tantâ existimatione fuisse apud Veteres Balsami fragrantiam, quia tunc carebant suavioribus odoramẽtis postmodum inventis, ut Moscho, Ambrâ, Zibeto, Belzoino & similibus, & dicit, *etiam tunc fuisse jucundissimos odores, ut lignum Aloë, Cassiam odoratam, Cinnamomum, Iuncum odoratum, Storacem & hujusmodi; ex quibus tàm pretiosa conficiebantur odoramenta, ut etiam nobiles puellæ ea concinnarent, juxta illud Catulli:*

*Vnguentum dabo, quod meæ puellæ*
*Donârunt Veneres Cupidinesq́;*
*Quod tu, cùm olfacies, Deos rogabis,*
*Totum ut te faciant, Fabulle, nasum.*

Addamus & nos Amaracum, ex quo conficiebatur unguẽtum Amaracinum dictum, quod tàm suave existimabatur, ut extaret Adagium: *Nihil cum Amaracino sui*, Sic Crocus tunc erat in pretio. Vnde Propert.

*Pulpita solemnes non obluére crocos,*

Et alibi:

*Sit mensæ ratio, voxque inter pocula currat,*
*Et crocino nares murrheus vngat Onix.*

Nar-

Nardus quoque odoratiſſima habe
batur. Vnde idem Propertius:

*Cur Nardo flammæ non oluére meæ?*

Et Lucretius:

*Et Nardi florẽ nectar qui naribus hala.*

Amomum etiam ſummè commen
dabatur ut ſuave & odorum, Vnde Si
lius lib. 11.

*Nec crinem Aſſyrio perfundere pugn*
*Amomo.*

Verùm quis comparabit res iſtas cur
Moſcho, Ambrâ, Zibeto aliiſque pe
multis rebus, quæ tàm ſuavem emittur
fragrantiam, ut cuilibet demonſtrar
poſſint, quàm longè magis hoc noſtr
floreat ævo myropolica ars tempori
bus anteactis? Nec, quod de oleo illo i
veteri Teſtamento deſcripto & uſitat
affertur, quicquam, niſi contra ipſum
concludit: carebat namque Balſamo
& cum ſolùm conſtaret Myrrhâ, Cinna
momo, Calamo odorato & Caſſiâ, qui
non videt, poſtponendum venire Mo
ſcho nedum & Ambræ, ſed tot ſuffumi
giis & aquis, extractiſque ex Roſis, Ia
ſminis, floribus Citri, aliiſque hoc tem
pore adinventis & uſurpatis? At cùr
ſubjungit, Myrrham & Cinnamomur
ad nos non afferri hoc tempore niſi a
dul

dulterata, in foveam, quam aliis paraverat, miserè cadit. Si enim antiqua suâ suavitate orbata & non sincera, sed adulterata medicamēta hæc ad nos advehuntur (quod tamen non semper fieri docet inter alios Marcus Oddus Patavinus lib. 2. de Ther. & Mithrid. cap. 2. & confirmat Brasavolus de Gummis, pag. 366. his verbis: *Nos Venetiis veram Myrrham vidimus, talem, qualem à Dioscoride pictam audivisti. Id tamen scito, odorem quidem suavem, non suavissimū habuisse, sed potiùs erat cum quadam gravitate)* cur non rejici debent ut Opobalsamum nostrum, quod ideò non placet, & ab ingressu in magnas antidotos arcendum putatur, quia nō habet odorem tàm suavem, ut tradiderunt Antiqui? Quæ lex Opobalsamum rejicit, & Myrrham, quæ non, ut illud, benè olet, sed, ut ait Manardus; *pro suavi odore ei à veteribus attributo, teterrimum virus olet*, amplexatur? An dicet, hanc non habere succedaneum & ideò recipi? Sed hæc est fuga, non ratio: præterquam enim, quòd imperfecta Myrrha potest dici perfectioris succedanea, idcircò sciat, non assignâsse Medicos substituenda Myrrhæ & consimilibus medicamenta;

Opobalſamo autem, Xylobalſamo, & Carpobalſamo aſſignâſſe, quia ex illis ſive perfecta, ſive imperfecta fuerint, aliquid ſemper ad nos eſt advectum, ut Balſami ſuccus, lignum atque ſemen, cùm in Iudæâ & Ægypto, unde inEuropam aſportari conſueverant,penè defeciſſent, & ex Arabiâ non ſolerent cum aliis aromatibus aliò deferri, aut in exiguâ admodum quantitate; hinc factum eſt, ut Medici illis privati ſuccedanea coacti ſint invenire & Pharmacopolis præſcribere. Modo autem cùm jam elucescat ſuccus iſte, & ex Arabiâ Memphim & Alexandriam, & inde ad nos pervenire poſſit & perveniat, ut præter Mercatores Venetos Venetus Medicus Clariſſimus, Æmilius Pariſanus in epiſtolis ad D. Bernardinum Meſſorium, Collegam & D. meum, teſtatur, cur debet repelli & iniquiùs tractari, quàm Myrrha & cætera non pauca medicamenta, quæ tametſi odoris fragrantiâ, aliiſque qualitatibus ab Antiquis Scriptoribus eis attributis, minùs valdè gaudeant, quàm noſtrum Opobalſamũ, adhuc tamen ſine ullo Aromatariorum ſtrepitu recipiuntur adhibenturque? Verùm ad penſum redeuntes, quòd, ut dictum

dictum eſt, vario modo philoſophandũ
ſit de odoribus, juxta noſtram ac Vete-
rum ætatem, hiſce Rondeletii verbis
tract. de Theriacâ magnâ, cap. de Myr-
hâ confirmare liceat: *Sin hæc ratio*, in-
quit, *non placeat, dicemus, Veteres non
ideò delicatos fuiſſe, atq; ſumus, & quod
nobis male olet, ut Myrrha, illis benè &
ſuaviter oluiſſe, quod inde probari poteſt,
quòd in ſuis unguentis ad delicias para-
tis Galbanum admiſcebant, quod haud
ſubiè fœtidi eſt odoris.*

Non ſolùm autem, ut adjungo, Gal-
banum, quod ex Theophraſto *gravius
olet*, ſuis admiſcebant odoramentis, ſed
reſinam Terebinthinam, oleum è Myrto
& Lauro, Aſpalathum, Melilotum, Fœ-
num græcũ, & hujus cenſûs alia, ut apud
Plinium videre eſt lib. 13. cap. 1. & 2. quo
in loco de unguentis ad odorem anti-
quitùs paratis narratione inſtitutâ, va-
rias eorum affert notas & deſcriptiones,
ex quibus evidenter valdè conſpicitur,
longè admodum noſtros excellere o-
dores odoribus Antiquorum: exemplo
autem ſint magis celebrata tunc tempo-
ris unguenta, *Megalium*, *Foliatum*, &
*Regale*. Illud enim *propter gloriam*, ut
ait Plinius, *Megalium nuncupatum*, ex

*oleo Balanino, Balſamo, Iunco, Xylobalſamo, Caſſiâ & Reſinâ* componebatur. *Foliatum* verò, & Spicatum tàm celebre apud Romanas matronas ut pluries, ait Galenus, *Nardinum* quoque Plinio dictum *ex Omphacio, Balanino, Iunco, Coſto, Nardo, Amomo, Myrrhâ, Balſamo:* At *Regale ita appellatum, quoniam Parthorum Regibus erat inventum, ex Myrobalano conſtabat, Amomo, Cinnamomo, Coſto, Comaro, Cardamomo, Nardi Spicâ, Maro, Myrrhâ, Caſſiâ, Styrace, Ladano, Opobalſamo, Calamo, Iuncoque Syrio, Oenanthe, Malobathro, Serichato, Cypero, Aſpalatho, Panace, Croco, Cypero, Amaraco, Melle, Vino.* Sic apud Græcos, quantumvis, ut idem ait Plinius, *vitiorum omnium genitores,* non alia erant in uſu *ad ſumptuoſiſſima unguenta elaboranda,* quàm, ut Theophraſtus ait, lib. 9. cap. 7. *Caſia Cinnamomum, Cardamomum, Nardus, Nerum, Balſamum, Aſpalathus, Styrax, Conſecratrix, Narta, Coſtus, Liguſticum, Crocum, Myrrha, Gladiolus, Iuncus, Calamus, Sampſucus, Lotus, Anethum.* Ex quibus non ſolùm colligitur, caruiſſe Veteres ſuavioribus noſtri temporis odoramentis, ſed Opobalſamum non fuiſſe apud illos in eâ exi-

existimatione, ut putarent egregiam olere suavitatem, & cunctis fragrantiùs extare: aliàs enim illo usi essent ad delicias solo, & non cum aliis inferioris cōditionis admixto, aut saltem ut basi & principali sumptuosorum unguentorū materiâ; quod sanè non præstârunt; nam, ut Plin. ait, *pro basi ad acutiora unguenta efficienda Costo utebantur & Amomo: ad crassiora & suaviora Myrrhâ, ad medicinæ utiliora Croco, ad acerrima tandem per se Amomo.*

Quare cum Balsamo in suavitate odoris primus non tribuatur locus, sed Myrrhæ, ex qua propterea ars conficiendi odores suum forsan traxit nomen, & μυρεψικὴ dicta est, quis non videt, in maximo versari errore illos omnes, qui de nostro Opobalsamo philosophari volunt in comparatione non ad Myrrham & alia, quæ Priscorum ævo ut summè odorata habebantur in pretio, sed ad res posteriùs inventas, Ambram, Moschum, Zibettum, Belzoe, ejusque, ut aliqui putant, speciem, Indicum illum liquorem Balsamum & ipsum nuncupatum.

An forsan, quod ex adverso dicitur, non Myrrham, ut sic, sed pretiosissimam

ejus partem Stacte vocatam eam esse, quæ apud Antiquos odoratissima existimabatur, & basis odoramentorum fiebat; ejusque respectu considerandam venire Balsami lachrymam, non Myrrhæ ordinariæ, adulteratæ ut plurimum ac ementitæ, nostram eludet responsionem? Neutiquam certè? nam prætерquam, quod verisimile non est, ut Stacte, quæ ex Dioscoride erat *pinguedo recentis Myrrha, cum exiguâ aquâ tusa & organo expressa*; vel, ut ait Plinius, liquor ille, quem *Myrrha arbores sponte sudant priùs, quàm incidantur*, in tantâ copiâ colligeretur, quæ posset deservire pro tot odoramentis, quæ potissimum cum Myrrhâ componi consuevisse apud Dioscorid. Plin. & alios habemus; adhuc tamen, si ad illius comparationem loqui velimus, nec Balsamum erit, quale prætendunt, nec Priscorum odores erunt nostris æquandi. Vocat sanè Dioscorides *Stacte perquàm odoratam & pretiosam*, & Plinius ait, quòd *Myrrha per se unguentum facit sine oleo, Stacte duntaxat*; at si perquiramus, quidnam sit hæc Myrrhæ pinguedo, & quam efflet suavitatem, utique dicemus cum Persio, *magnos promittere montes*; etenim Brasavo-

ſavolus in exam. Gum. pag. 367. de Stacte loquens ſic ait: *Revera Stacte ea res eſt, quam nos liquidam Styracem vocamus*; & pag. ſeq. idem confirmat ex Serapione ſic ſcribente: *Styrax liquida eſt pinguedo Myrrhæ recentis, & extrahitur à Myrrhâ, quia terunt eam cum aquâ paucâ, & premunt cum torno, & eſt boni odoris*. Vnde poſtea ſubjungit, *Styracem liquidam Serapionis eſſe Dioſcoridis Stacte*. Id quod & Matthiolus habet in Dioſcorid. lib. 1. cap. 62. & confirmat Gorræus in Def. Medicin. particulâ Stacte, & poſt ipſum Franciſcus Sanchez libello de Theriacâ ad Pharmacopœos c. 5. ubi propterea docet Opobalſamo ſubſtitui debere Styracem liquidam, quippe quæ ſit Dioſcoridis Stacte, quam Galenus lib. de Subſtitutis Opobalſamo ſupponit. Modò qui eximius odor, quæve ſuavitas & mira fragrantia in Styrace iſtâ reperiatur, nemo eſt, qui non ſciat, eſſe validam & ſuavem, ſed, ut dicebat Braſavolus de perfectiſſimâ Myrrhâ, *cum quadam gravitate*. Vnde non mirum, ſi Lucretius æqualem dixit unguento Amaracino, ex Amaraco, id eſt, Sampſuco *acris odoris*, ut ait Plin. coagmentato, cùm cecinit lib. 2.

*Sicut Amaracini blandum Stacteque liquorem*

Verùm, ut illuſtrior hæc noſtra de recentiorum odorum prærogativa ſupra Antiquos aſſertio magis appareat, non incongruè facit conſideratio tàm celebrati apud ipſos Thuris, cujus tanta fuit commendatio, ut vel ejus etymon à verbo græco θύειν, quod eſt ſacrificare, vel ab eo ſacrificium, ſive thymiaſis, id eſt, thurificatio & odorum incenſio à pleriſque deducatur, ut lib. 3. de Mineral. cap. 13. ſect. 1. notat Eruditiſſimus Cæſius. Et Arabia, quæ ejus natale ſolum, à Strabone, Ptolomæo, Dioſcoride aliſque conſtituitur, non ob aliam cauſam Felix dicitur, &, ut ait Plinius, *odorifera, dives, & beata cognomine inclyta*; niſi quia in eâ Thus naſcitur, videlicet in eâ parte, quam incolunt Sabæi & Minæi; qui propterea *Sabai*, apud Plin. lib. 6. cap. 28. dicuntur *Arabum propter Thura clariſſimi.* Vnde prædictus Cæſius poſt multa de hac Provinciâ, quæ, ut Curtii lib. 5. verbis utar, eſt *odorum fertilitate nobilis regio,* ſic tandem concludit. *Maneat ergò, Arabiam Thuris feracem meritò appellari à ſcriptoribus*

*ribus odoriferam, thuriferam, aromatiferam, beatam, felicem, ſacram, cùm propter præſtantiſſima aromata immortali fragrantia odore; tùm & multò magis ob thurea dona ſacratiſſimis Divini cultûs ritibus dicata; quæ provenire in Sabæâ Arabiæ felicis regione eſt certum.* At verò non Thuris modò, ſed Balſami quoque feracem eſſe, non ſolùm idem affirmat Strabo lib. 16. cùm ait: *Proxima eſt feliciſſima Sabæorum terra, quæ maxima natio eſt. Apud hos Thus & Myrrha & Cinnamomum naſcitur, In ora etiam Balſamum & alia quædam herbæ valdè odoratæ, quanquam ejus odor citò deperit.* Sed præter Auctores non ſemel adductos videtur etiam confirmare Virg 2. Georgic. çùm ait.

*Diviſæ arboribus patriæ ſola India nigrum*
*Fert Ebenum; ſolis eſt Thurea virga Sabæis;*
*Quid tibi odorato referam ſudantia ligno*
*Balſamaq; & baccas ſemper frondentes Acanthi?*

At ſi Balſamum (ſubjungo ego) tàm eximiæ ſuavitatis exiſtit, quemadmodum pleno ore ajunt Adverſarii, cur non ex

 illo,

illo, ſed ex Thure tot ſibi vendicat Arabia prærogativas? tot ſibi aſciſcit nobiles titulos? Cedere ergò Balſami odorem Thuris ſuavitati, quamvis non eximiæ & Hiſpanicis ſuffumigiis poſtponendæ, clarum nimis eſt; ideoque non mirum, ſi Antiqui Balſamo omiſſo, vel eo tantummodò forſan adhibito pro condiendis cadaveribus Thura uſurpabant ad præſtantiores uſus, ad cultum nempe Divinum, & cadaverum ſuffimenta. Quapropter Levitic. 2. habetur, *fundet ſuper eam oleum, & ponet Thus, ac deferet ad filios Aaron Sacerdotis, quorum unus tollet pugillum plenum ſimilæ & olei ac totum Thus, & ponet memoriale ſuper altare in odorem ſuaviſſimum Domino*, quod idem legitur etiam cap. 15. Et Exodi 30. 34. Thymiama ad Dei cultum ex Stacte, Onychâ, Galbano & Thure mandatur componi. Sic pariter Ethnici in honorem Numinum Thus adhibebant, ut de Alexandro Magno habet Plin. lib. 12. cap. 14. his verbis; *Alexandro magno in pueritiâ ſine parſimoniâ Thura ingerenti, pædagogus Leonides dixerat, ut illo modo, cùm deviciſſet thuriferas gentes, ſupplicaret. At ille Arabiâ potitus, Thure onuſtam navim*

*miſit*

*misit ei, exhortatus, ui largè Deos adoraret.* Et de Trojanis (licet aliter sentiat idem Plin. lib. 13. cap. 1. damnatus tamen à Mercurial. lib. de Decorat. cap. 23.) videtur ostendere Virg. 1. Æneid. canens:

*Ipsa* (id est, Venus) *Paphum sublimis abit, sedesq; revisit*
*Læta suos, ubi templum illi, centumque Thure calent Aræ.* (*Sabæo*

Et 6. Æneid.

*Vnà omnes juvenum primi pauperque Senatus*
*Thura dabant, tepidusq; cruor fundebat ad auras.*

Et 11. pariter Æneid.

*Succedunt matres, & templum Thure vaporant.*

Quem Veterum usum confirmat etiam Eclog. 8.

*Effer aquam & molli cinge hac altaria vittâ,*
*Verbenasque adole pingues & mascula Thura.*

Idē innuit Ovid. lib. 4. de Ponto Eleg. 8.

*Nec quæ de parvâ pauper Dîs libat acerrâ*
*Thura minùs grandi quàm data lance valent.*

Sic Horat. lib. 1. Carm. Ode 19.

*Verbenas pueri ponite, Thuraq́ꝫ*
*Bimi cum paterâ meri.*
*Mactata veniet lenior hostia.*

Et lib. 3. Carm. Ode 8.

*Martiis cælebs quid agam Calendis,*
*Quid velint flores & acerra Thuris*
*Plena miraris, positusque carbo in*
*Cespite vivo.*

Et lib. 4. Ode 2.

*Civitas omnis, dabimusque Divis*
*Thura benignis.*

Sic Tibullus lib. 2. Eleg. 2.

*Vrantur pia Thura focis, urantur odores,*
*Quos tener è terrâ divite mittit Arabs*

Sic Seneca in Hercule furente actu 4.

*quicquid Indorum seges*
*Arabesq́ꝫ odoris, quicquid arboribus legunt,*
*Cõferte in Aras, pinguis exudet vapor,*
*Date Thura flammis.*

Idem confirmat idem in Oedipo actu 2. Claudian. ad Hadrian. Statius Pipin. lib. 4. Sylvarum ad Marcellum, & alii, quos omitto, quia eos citat in suâ scripturâ Doctissimus Collega meus Manelfus, dum in hoc argumento ab odore petito dissolvendo versatur. Quòd

Quòd verò in cadaverum etiam funere Thus adhiberent, patet ex Virg. 6. Æneid.

*Aversi tenuére facē, cōgesta cremantur*
*Thura.*

Et ex Martiale, lib. 6. Epigr. 60.

*Accipe cum fletu mœsti breve carmen*
*amici,*
*Atq; hæc absentis Thura fuisse puta.*

Quid? nonne Cicero utrumque usum videtur innuere, cùm lib. de offic. ait: *Omnibus vicis statuæ factæ sunt, ad eas Thus & cerei.* Et Plin. lib. 22. cap. 24. *Odorum causâ unguentorùmque & deliciarum, si placet, etiam superstitionis gratiâ emantur, quoniam Thure supplicamus & Costo.*

Nec quis dicat idcirco, à Veteribus & Alexandro Magno fuisse adhibitum Thus, non Balsamum, in honorem Numinum, quia hoc carebant, non illo. Nam, ut mittam eandem Arabiam, quę Thus suppeditabat, potuisse quoque Balsamū impertire; illud addam, quod ad Magnum Alexandrum spectat, ei videlicet non fuisse Balsamum ignotum, ut ex ejus epistolâ ad præceptorem Aristotelem habetur: *Locus autē erat apud Indos* (inquit ille) *spaciosus & largus,*

*Thure & Opobalſamo abundans, quæ plura ramis ſuorum nemorum innaſcebantur.* & paulò pôſt : *Video Opobalſamum cum optimo odore, omnibusq; undiq; ramis abundantiſſimè manare.* & infrà : *Iamq; à ſacris exceſſeramus arboribus, nec jam odore Thuris Opobalſamiq; nares verberabantur.* Quòd autem in Indiâ Balſamum ſit, ſcribit etiam Conſtantinus Aphricanus.

Quare ſicut hinc colligitur adhuc certiùs, quod à nobis pro reſponſione fuit allatum, de novarum rerum ſupra antiquas præſtantiori ſuavitate, ideoq; non in ordine ad recentia odoramenta, ſed ad priſca de Opobalſamo philoſophandum eſſe, ſic non ita certum puto, quod ſuprà cum Rondeletio ſcripſimus de Veteribus non adeò delicatis exiſtentibus, atque nos ſumus, quin explicatione non egeat ; etenim quod nobis malè olet, illis benè oluiſſe, in penuriam & defectum meliorum odorum referendum eſt, non in ipſorum ſocordiam & ruditatem, cùm de pretioſis aut habendis aut componendis odoramentis maximoperè eos extitiſſe ſolicitos, longèque forſan magis, quàm noſtri, vel molliores & effœminati homines,

non

ıon de Perſis modò, Parthis, Ægyptiis, ılıisque exteris Nationibus, ſed de Romanis quoque loquendo ſatis pateat. Reperiit namque Magnus Alexander, expugnatis Darii caſtris, ſcrinium unguentorum laudatiſſimorum. Parthorum Reges Regali nuncupato odoramento tribuerunt nomen & famam. Ægyptus, ut ait Plinius, terrarum omnium accommodatiſſima unguentis eſt; unde apud eos in pretio Oenanthinum odoramentum & Cyprinum, ſicut in Delo Mendeſium, in Coo Amaracinum, n Solis Ciliciæ Crocinum, in Tarſo Pardalium, Corinthi Irinum, Mytylenis & in Cypro Samſuſinum, Athenis Taıathenaicum, & alibi alia. Verùm noſtri Romani, *Gens in toto orbe*, ut cum Plinio loquar, tametſi *una omni virtute præſtantiſſima*, admiſerunt & ipſi unguenta hæc exterorum, imò & pretioſa magis concinnârunt; unde non apud fœminas modò erant in uſu, ſed apud Imperatores ipſos, ad *pedes quoque tingendos*, ut ait idem Plin. lib. 13. citat. & *n caſtris*, ubi *Aquilæ ac ſigna pulverulēta illa & cuſtodiis horrida inungebantur feſtis diebus*, exclamat propterea: *Mirum maximè eſt, hanc gratiam penetrâſſe*

*trâsse & in castra. Ita est, nimirum ha*
*mercede corrupta terrarum orbem devi*
*cére aquila. Ita patrocinia quærimus vi*
*tiis, ut per hoc jus sumantur sub cassid*
*unguenta.* Hinc propterea *excedeban*
*quadragenos denarios libra.* Hinc *P. Li*
*cinius Crassus, & Iul. Cæsar Censores edi*
*xerunt, ne quis venderet unguenta exo*
*tica : sic enim appellavére.* Vtebantu
namque illis etiam in potu, & ipsis spar
gebantur parietes balnearum, & soli
Caji Principis temperari iis aliquem
jussisse audivit Plinius. Quodque a
proprium spectabat corpus, habeban
omnibus ferè partibus accommodat
peculiaria odoramenta; pro toto nem
pe corpore unguentum *Myrsinum*, pro
pedibus & manibus *Ægyptium*, pro ge-
nibus & mammis *Phanion*, pro ciliis &
comis *Amaracinum*, & pro genibus &
collo *Serpyllinum*, ut colligit Mercurial.
lib. de Decor. c. 29. ex Athen. Lucr. &
Clem. Alex. ideòque concludit, *Veteres*
*in componendis unguentis admodum lu-*
*xuriantes & copiosos fuisse.* In tanto ta-
men luxu quid cum nostris odoramen-
tis æquandum venit?

Cæterum, ut ad argumentum, à quo
suavis odorum contemplatio aliquali-
ter

er me avertere visa fortasse alicui est, redeam, dum subjungitur, nos ad evitandam propositi argumenti vim, ad unum Prosperum Alpinum tanquam ad asylum confugere, quippe qui in Ægypto diu moratus & istius rei benè conscius non alium redolere Opobalsamum odorem affirmat, quàm eum, qui est inter Thus & Terebinthum, cum suaviori tamen odoris fragrantiâ, sciant velim, non ad illum Antiquis relictis, nos confugere, sed eo tanquam lapide Lydio uti ad auream Antiquorum de Balsamo doctrinam, veritatemque ipsam accuratiùs intimiùsque cognoscendam. Veteres namque scriptores vel de Arabico Opobalsamo non habuerunt notitiam, sed solùm de Iudaico & Ægyptiaco, ut Dioscorides & Plinius aliique non pauci, vel si illud agnoverunt, ut Strabo, Pausanias, Theophrastus, Ioseph Hebræus & Diodorus Siculus, adeò tamen parcè, & in ordine ad medicinam steriliter de illo loquuti sunt, ut ad Alpinum reliquosque recentiores illius non exiguè conscios accedendum foret, & ab ipsis veri Opobalsami, ut Arabicum quoque est, characteres & notæ hauriendæ. Nec dicat ad Alpini testimonium evitandum

dum odorem Terebinthi & Thuris i
similitudinem tantùm adduci, quia n
tantùm in similitudinem, sed in parti
cipationem extremorum, ut cujusqu
misti etiam accidentalis est proprium
Aristotele magistro, adducitur. Quò
si in nostro Opobalsamo suaviorem o
doris fragrantiam, quam in Thure &
Terebintho simul unitis nō agnoscunt
vel, ut meliùs dicam, non concedunt
agnoscimus nos & agnoscendo fate
mur, quod tametsi major forsan in ips
& excellentior desiderari posset, hau
tamen è Balsami genere debet excludi
& à medico usu arceri. Vnde cùm Alpi
num addit, non loqui de Balsamis cul
tis, sed spontaneis, horumque succun
in medicum usum adoptandum non es
se, Alpino nedum de cultis & inculti
loquenti contradicit, sed veritati ipsi
cum Balsami lacrymæ sive ex cultâ, siv
ex spontaneâ arbore ortæ, specie mini
mè differant, sed solùm individualite
secundùm majorem vel minorem per
fectionem, quæ sanè differentia & va
rietas nequaquam debet aut potest, im
perfectius ignobiliusque individuum
munere speciei demandato se movere.

Quoniam autem ingenuè fassus sum

Opo

Opobalſamum noſtrum non omnia, quæ de perfecto Opobalſamo fuerunt ab Antiquis promulgata, ad amuſſim poſſidere, ideòque poſſe eſſe non per inciſionem corticis collectum, ſed per decoctionem ligni frondiumque elicitum, ille nihilominùs me audet arguere, Busbequii primùm à me adductâ auctoritate, quâ nigrum eſſe tale Balſamũ conſtituitur; deinde verò ratione, quòd nimirum æſtuoſum cùm ſit tale Opobalſamum, fervidum & acerrimum, ob non adhuc adeptam beneficio Solis & ſoli maturationem, pro inunctionibus tantùm, nullo autem modo per os exhibitum adhiberi debeat; ſciat velim, nobiliſſimum Busbequium comparativè loqui, & ex relatione Hally Baſsâ, qui ſuum munus extollere conabatur, ut iam reſpondi, non quòd nigrum velit revera eſſe; cùm nigrum minimè reperiatur Opobalſamum ullum, Alpino auctore, Dialogo de Balſamo cap. 4 Illud verò, quod ſubjungit, non ſolùm falſum eſſe demonſtratur ex Doctiſſimi Veslingii litteris, quarum copia datur, ſed Meſues præſertim & ſuorum Interpretum non reprobando teſtimonio. Meſue enim ſub eodem capite de oleo Bal-

Balſami per emanationem & per deco-
ctionem facta pertractat, & utrumqu
βαλσαμέλαιον appellat, ejusque in-
terpres & commentator Chriſtophoru
de Honeſtis poſt enarratas virtutes pr
mi, quòd per emanationem in partibu
Orientalibus colligi cum ſuo auctor
ſcribit, de ſecundo loquens ait, *& ta
in magnâ quantitate ibi præparatur, ſe
non eſt tantæ virtutis, quantæ eſt prim*
Et Iacobus Sylvius alter commentato
de hoc eodem ſucco verba faciens: *V
res*, ſcribit, *hujus olei ab omnibus tàn
laudati à Meſue taceri mirum eſt.* Erg
cùm in viribus conveniant, ſi non i
gradu, cùm hoc per decoctionem no
ſit tantæ virtutis, quantæ illud per ema-
nationem, illudq; per emanationem, u
ait idem Chriſtophorus, *ſit complexion
calidâ cũ virtute aliqualiter humecta-
tivâ & ſubtiliativum & lenitivum du-
ritierum, & maximè conferat ad ſubti-
liandum & removendum veſtigia tur-
pia & cicatrices, quæ remanent poſt con-
ſolidata ulcera: ſit etiam penetrativum
valdè ad partes profundas, & confera
omni malæ complexioni frigidæ & dolo-
ribus nervorum & juncturarum, & per-
miſtum cum aliis medicinis portet virtu-
te*

*s illarum ad membra intrinſeca & re-
ota, unde permiſcetur & ſummè con-
rt cum medicinis urinã provocantibus
ſumptum per os, vel inunctum ab extra
partibus renum, pectinis, colli & veſi-*
; has quoque facultates in inferiori
radu poſſidebit, quod per decoctio-
em eſt factum Balſamelçon, ut cum
Meſue loquar. Ac proinde fervidum
on erit, æſtuoſum & acerrimum, in-
ptùmque ut per os exhibeatur, velut
dverſarius putat: quando nec illi de-
cit aliqualis maturitas in internis ar-
ıſti partibus acquiſita, & ſi deficeret,
cidum potiùs eſſet, frigidum ac cru-
um, ut omnes alii acerbiores ſucci ma-
urationem non adepti, quàm immo-
cè calidum & acre. Vt mittam Peru-
anum quoque Opobalſamum, quod
er decoctionem elicitur, quantumvis
rientale calidius adhuc, tamen non
probari per os exhibitum ad internos
iquos affectus, quinimò ad multos
ommendari, ut apud Nicol. Monar-
em & alios videre eſt.

An autem in quæſtione hac ſatis du-
ã probabile quoque exiſtimare, ut
go feci, quòd noſtrum Opobalſamum
oſſit eſſe per emanationem & inciſio-
nem

nem collectum, sit contra allatam à me
Busbequii æstimationem, ut ex adverso
objicitur, illis decernendum relinquo
qui Busbequium de Balsamo in hortis
Matareæensibus elicito & soli Turcarum Principi ob illius præstantiam reservato; me vero de Arabico & minoribus forsan prærogativis insignito loqui sciunt.

An verò, ut ille inculcat, sophisma sit, quòd de odore in meâ scriptura, ad evertendum oppugnantium argumentum, enunciavi, Logicæ initiati propalent: hoc namque meum est argumentum. Quæ sunt adeò similia inter se, ut difficilè possint velut distincta secerni, ut in qualitatibus conveniunt necesse est. Sed Opobalsamum sincerum & adulteratum sunt hujusmodi. Ergò debent in qualitatibus convenire. Sed Opobalsamum adulteratum hanc non habet qualitatem, ut sit eximiæ suavitatis: Ergo nec sincerum. Major patet; nam aliàs non essent similia. Minor est Galeni primò de Antidotis: Subsumptũ verò ex eo manet probatum, quòd cùm Opobalsamum adulteratum habeat in se Galbanum, ceram, oleum de pino, & consimilia malè olentia, aut saltem non bo

onum efflantia odorem, ut oftenfum ft ex Diofcoride, & Plinio, & Avicenâ, utique non poteft habere eximiam iavitatem. Quare cùm argumentum t in forma, ubinam eft fophifma? Nec nim, quòd fubjungit de Mofcho, adulerato hepate bubulo, quæ adulteratio ix cognofcitur, vim argumenti eludit, fuæ impofturæ ac tergiverfationi uicquam favet. Nam hepar bubulum dore caret, & ideò, fi auget Mofchi uantitatem, non mutat odoris qualitem, quod fanè non contingeret, fi, ut cafu noftro, oboleret: & fic de Caftoo & Myrrhâ ratiocinandum juxta dierfam adulterationis miftionisq; mariam.

Sed accedamus jam ad quartum arımentum ex coagulatione lactis, quã ec ftatim & vix perceptibilem præftat; maculâ, quam in laneo panno relinuit, defumptum; Quod fanè arguentum, quantum ad primam attinet rtem, jam diximus aliqualiter coagure, id eft, illas lactis partes, quas tant, & eas imperfecto etiam modo, non tem, ut coagulum ipfum (quod per tonomafiã tale eft & dicitur) quemadodum defiderarent Adverfarii. Vnde, ficut

ſicut riſu digna extitit cujusdam Phar
macopolæ rudis inſtantia, cùm auſu
eſt coram DD. meis expoſcere, ut ſtatin
& citiùs, quàm à coagulo ipſo, quod i
tempore non momentaneo agit, lacti
unciæ quatuor vel quinque à tantill
Balſami coagularentur; ſic non mirum
ſi exigua talis liquoris quantitas no
permiſit in experimentis habitis, notat
dignam induci coagulationem. Quo
verò ad maculam ſpectat, iterum dicc
quòd cum loquamur de Balſamo Ara
bico, quod reſinoſum eſt, ut tale quoc
erat Ægyptiacum & Syriacum, cur
Proſpero Alpino, qui illud deſcripſit
ſentiendum eſt, videlicet adhærere pan
no & maculam ab eo illatam non ſta
tim nec per lotionem evaneſcere, ſe
poſt aliquod tempus, ſecus ac contin
gat de oleo & rebus aliis unctuoſis, qu
ſemper in panno remanentes inducun
maculas ſeſe continuò dilatantes & au
gentes, & humiditatem quaſi inexpu
gnabilem conſervantes; quod profect
in noſtro Opobalſamo non advertitu
cùm ex eo relictæ maculæ, ſi quæ re
manent, aridæ percipiantur & ſiccæ
paulatimque deficiant. Nec ſolus Alpi
nus hoc tradit reſponſum; ſed etian
Qua

Quatramius, putans quaſi impoſſibile, ut à reſinosâ materiâ non inferatur macula, & illata ut poſſit facilè ablui, imò experientiam hanc & ſignum à maculâ deſumptum expreſsè negat Antonius Paſinus. Medicus Salonenſis, in ſuis adnotationibus ad libros Dioſcoridis, Bergomi impreſſis anno 1592.

Vnde, quod ad hoc infirmandum Albini reſponſum de Regibus Hebræorum adducitur, *eos* videlicet *Balſamo ungi conſueviſſe, & fusè ad majorem magnificentiam irrorari, absque eo tamen, quod usquam ſui veſtigii quicquam relinqueret*, nec verum eſt, nec veriſimile; quinimò impoſtura mera & inexcuſabilis error: quandoquidem loco ab Adverſario citato 1. Reg. 10. de Balſamo nulla fit mentio, nec mirum, cùm adhuc Regina Sabæ in Iudæam illud non attulerit; & verba Mendozæ ſuper tamen locum mutilata, ad eludendos forſan Lectores, ſunt adducta : Volens namque doctus iſte Vir aliqualem afferre rationem, cur inunctio illa ex Lenticulâ, quâ Reges perfundi illîc traditur, veſtigia non relinqueret, & immunditiei periculum non afferret, ait; *quia illud oleum fortaſſe fuit pretioſiſſimum, o-*

*H* *dora-*

*doratissimum & liquidissimum, ad instar aquæ rosaceæ, quâ nemo, cùm perfunditur, inquinatur.* Quare nec de Balsamo loquitur, & particulam *fortasse* adhibet, ad denotandum, ignotum adhuc esse, quid fuerit talis inunctio, quæ sanè per-ticula non erat ab Adversario subticen-da.

Abutitur deinde meâ ingenuitate, quâ fassus sum, controversum succum non ad amussim possidere notas ver Balsami ab Antiquis descriptas, & ait *Recedant simul virtutes & dotes cæteræ, atque adeò inutile excrementum remaneat.* Sed bona verba quæso. Recedan sanè, at cum proportione, quid inde ergò est ut excrementum abjiciendum Inficior. Vires enim sunt ejusdem spe ciei, si non æquè intensæ & perfectæ Ideòque dignum illud faciunt, ut The riacæ fabricam ingrediatur, & ab e quodcumque succedaneum, utpote di versi generis ac speciei, arceat repellat que.

At quod subjungit in Alpinum con cedentem primum & secundum quin quennium in Opobalsamo, id negand *ob spiritalem & tenuem hujus lacrym substantiam*, præterquam quòd redar guitu

guitur à multorum Principum myrothecijs, in quibus diu asservatum minimèque evanidum reperiri certò scimus, quâ ratione dictum hoc sustineri potest sine sacrorum Patrum læsione, apud quos in symbolum incorruptionis assumitur; ut penes S. Thō, 3. p. q.72.art.2. videre est? nimirum quia oleagineæ ac resinosæ naturæ existens diu durat, & non evanescunt de facili ejus vires. Falsum quoque est, quod ex Cardano de qua Nili adnectit, quandoquidem cùm lumen illud nec Arabiam & Palæstinam vel Iudæam inundet, imò nec Matareænses hortos, tametsi propè ipsum tos, Balsamum nec etiam poterit aut potuit irrigare, nisi forsan, quod alibi propè Babyloniam Ægypti adfuisse om ex Petro Damiano & Baronio deduximus. Geographiæ ergò studeat, & ex enarratis percipiat, quanti Rondeleti auctoritas de annuâ balsami ætate, *ultra quam inutile esse putat*, æstimanda t.

Cæterùm cùm versùs finem ex quantitate argumentatur, responsionem haurire debuerat ex iis, quæ tùm in primâ eâ scripturâ à se visâ, tùm potissimum secundâ contra alterum Aromatario-

rum fautorem in hoc eodem argumento versantem objeci. Cùm verò Anastasium Bibliothecarium, à D. Bonanno adductum, & in vitâ S. Sylvestri asserentem, Ecclesiam Sancti Petri ex fundis sibi in Ægypto à Cõstantino donatis redditum habuisse libras CCXXV Balsami; Ecclesiam autem S. Pauli libras L, evitare conatur, hoc ideò affirmans accidisse, *quia tunc Balsama erant in Iudæâ, & Romani Imperatores potiti rebus omnibus ac totius orbis Dn. ex omni regione totum Balsamum, quod colligebatur, Romam, ut proprium, advehi curabant,* non solùm gratis loquitur, & sine fundamento ullo, sed à Græcis refellitur & redarguitur, cùm illi, juxta eorum Rituale, debeant quolibet anno uti multis libris Xylobalsami, Carpobalsami & Opobalsami pro sacro Chrismate conficiendo. Nã ut à literatissimo Viro Leone Allatio accepi, in Euchologio Græcorum, in capite, ubi consecratio Chrismatis continetur, in enumeratione rerum odoratarum, quas Græci in confectione dicti Chrismatis usurpant, inter alia continentur & hæc: ξυλοβαλσάμȣ λίτρα γ. καρποβαλσάμȣ λίτρας β. βαλ-

σα

σαμελαίε ὅσον δίδωσιν ἡ εὐπορία.
*Xylobalsami libras 3. Carpobalsami libras 2. Balsamelæi quantum haberi potest.* Observant autem ritum hunc, ut idem affirmavit Allatius, Græci; Constantinopolitanus, Antiochenus, Alexandrinus, Hierosolymitanus; Iacobitæ, Moronitæ, Armeni. Non ergò Romam tantummodò advehebatur, nec, ut totum huc adveheretur, æquum erat, cùm alibi etiam deberet ad diversos usus adhiberi, & pro medicamentis potissimum ab hominibus in usum revocari; ut & nunc ab iisdem Græcis adhibetur.

An autem *suspendenda adhuc sit ab Alpino fides in materiâ hac de Balsamo*, ut cum Silvatico (qui tamen Alpino coætaneus de illo cum honoris præfatione loquitur) subjungit, dicant alii. Hoc unum interim sciat, Carolum Clusium, Michaëlem Döringium, Nicolaum Guibertum, Io. Ponam, Evang. Quaramium, aliosque Viros præstantissimos, & quem super omnes adhuc viventem magnifacio, Io. Veslingium, Anatomicum & Botanicum in Patavino Gymnasio, ei fidem adhibuisse, ejusque dicta approbâsse, & quod ad Veslingi-

um attinet,novis additamentis illustrâsse.

Illud demum, quod in fine suæ scripturæ ignotus iste Doctor adjungit, *Archiatros nimirum talem approbâsse succum pro Theriacâ conficiendâ, velut Balsamaticum quid, & vicariâ præditum virtute*, principalem videtur tangere difficultatem, quæ est de Theriacâ abjiciendâ, ut instant Aromatarii,vel conservandâ, ut æquum est. Quia si approbatus succus est verum Opobalsamum, Theriaca erit melior; si verò adulteratum & mistum, cùm talis adulteratio & mistio non possit esse, nisi vel ex Terebintho,aut oleo Abietino,aut Iuniperino, ipsismet Aromatariis, qui nodum in scirpo quæsiverunt, confitentibus; istaque medicamenta ab Auctorib⁹ spectatæ fidei, Matthiolo, Marco Oddo, Petro Pena, aliisque permultis à substitutionis munere in Theriacâ componendâ non arceantur ac vituperentur profectò conservari debent,non projici Theriacæ cum tali succo confectæ; eòque vel magis, quòd non solùm alliis Theriacis fortasse præstant ob majorem fragrantiam illis communicatam ab Opobalsamo, cujus proprium est, doctissimo

ſimo Gentile auctore, ut aliorum medicamentorum ingratos refrangat odores, & antidotis gratiam quandam concilicet, ſed quia Manfredus & Panutius, qui illas cum tali liquore compoſuerunt, id auctore Prætore præſtârunt, & ad Opobalſamum inveniendum habendumq; non dolo, ſed zelo ampliandæ ſuæ artis moti fuerunt, nec non hortationibus tùm Proſperi Alpini, tùm potiſſimum Fr. Evangeliſtæ Quatramii, olim Sereniſſimi Alphonſi II. DucisFerrariæSimpliciſtæ, qui in Proœmio ſui Tractatûs de Ther. & Mithrid. Italicâ linguâ conſcripto, omnes Medicos & Pharmacopolas, præcipuè verò Protomedicum, & Medicos Inclyti Collegii Romani, & Romanos Aromatarios, imò Principes ipſos, & Summum Pont. Clementem VIII. orat & hortatur, ut omni ſedulitate ac diligentiâ incumbant ad perquirendum exotica medicamenta, & Balſamum inprimis, non difficili negotio ad nos advehendum habendumque, dummodò ſeriò exquiratur. Vnde, ſi quem fortaſſe viſi ſunt commiſiſſe errorem in tali Opobalſamo exponendo adhibendoque Pharmacopœi prædicti, excuſandi omninò veniunt, & ſi lubet commen-

dandi ob perutile opus, si non bono omine, bono saltem nomine incœptum.

Quare sicut non dubito, quò minùs Præstantissimi Domini mei, visis tùm his, tùm quæ à Collegis meis & à me aliàs sunt allata, declaraturi sint controversum Opobalsamum, tametsi forsan non perfectum, utpote vel per decoctionem, vel si per incisionem, ex minùs tamen cultis, quàm antiquitùs fuerint arbustis elicitum, verum nihilominùs esse, & pro Theriacis conficiendis non ineptum, sic spero, quòd velut sub hoc Gloriosissimo VRBANI VIII. Pont. ter Maximi Pontificatu, ac ejus Religiosissimi ac Generosissimi Nepotis, Card. FRANCISCI BARBERINI æquâ sub rerum moderatione, vidimus in hoc mundi theatro res à seculis non visas, Elephantem, Alcem, Gazellas, Chamæleontem, Salamandram, Zibeticum catum, flores odoratissimos, fructusq; cùm suavitate, tùm varietate admirabiles, aliaque non pauca summè rara, & ob novitatem gratissima: ita visuros non modò tàm celebrati Balsami lacrymam, hac nostrâ, de qua est ambiguitas, præstantiorem melioremque, sed fruticem quoque ipsum, virentemque plantam

tam

tam in hoc feliciſſimo cœlo, longiore ſanè tempore, ac majore cum Barberinorum Principum gloriâ duraturam, quàm olim fecerit, cùm devicto Mithridate in Pompei Triumpho, & mox ſub Veſpaſianorum Dominatu, cum talium Imperatorum laude eam admirata Roma eſt ac intuita.

Audiant interim DD. mei epiſtolam Clariſſ. Veslingii paulò ante citatam & promiſſam.

*CLARISSIMO VIRO*

DN. BALDO BALDO

*IOHANNES VESLINGIUS*

*S. P.*

*GRatias, fateor, ſingulares Præſtantiſſimo Naudæo debeo, quòd viam ad amicitiam tuam ſternere mihi voluerit, atque aperire princeps. Vellem tamen auſpicio eandem meliore potiùs muniviſſet, quàm per impolitum illud, Muſarumque corculis parùm dignum Opuſculum. De Balſamo commotam à Pharmacopolis litem facilè forſan componerem, ſi tàm in poteſtate meâ foret affectus eorum corrigere, quàm aſſerere veri-*

 *rita-*

*ritatem. Nam quòd celebre hoc medicamentum in Orientali Provinciâ reperiri inficias eunt, inscitiæ ipsorum condonandum fuerit. Mihi ultra quinquennium Memphi Ægyptiorum olim degenti singulis annis id conspectum fuit, redeuntibus è Meccâ & Medinâ indigenis, constanti omnium sermone non alibi, sed dictis in locis paratum esse atq; emptum, quod secum attulerant. Quibus vel eò libentiùs fidem adhibui, quum & frondes secum, & fructus Balsami deferrent, non externo minùs habitu, quàm viribus description. Clarissimorum Veterum convenientia. Non ejusdem equidem conditionis erat quod communi Balsami nomine venditabant; nam ad Ægypti Proregem militumve Præfectum quod mittebatur, tenacius observavi, odore suavius, colore ex citrino albicans, quantitate exiguum. Reliquum ut copiosius, ita pretio parabilius, idq; cùm æstimatione, tùm bonitate rursus diversum. Nam vel purius erat atq; ex plantæ ramis fructibusq; ignis operâ elicitum, priori tamen & systasi, & odoris fragrantiâ, & virium pariter incolumitate cognatũ, quo in dyspnœa pulmonumq; putredine, tùm dysuria & vulneribus optimo successu usus sum: Vel Terebin-*

*rebinthinâ ſimilibusq; reſinoſis plùs aut minùs permiſtum, cujus major longè proventus. Nec mirum id mihi viſum, cùm Theophraſti quoque* ἄνω ἐν ἑλλάδι πολλάκις κεκραμένον, *in Græciâ ſæpiùs permiſtum deprehenderetur. Quod Veſtris Opobalſami nomine Venetiis transmiſſum eſt, ſiquidem Cayrum aut Alexandriam ex Arabiâ delatum ſeriò conſtet, non temere Pharmacopolis rejiciendum fuerit. Nam colorem, quòd in eò flavum requirunt, pauci momenti eſt, cùm niſi propinquum ſenectuti Balſamum eo non imbuatur. Odor utique, ſi promiſſam ipſis ſuavitatem haud aſpiret, ſciant vel in optimo præcipere Veteres, ut ſit,* εὔτονον τῇ ὀσμῇ, *odore valens,* εὔοσμον ἢ εὐῶδες, *quâ voce non jucunditatem minùs odoris, quàm vigorem exprimunt. Redolet verò Terebinthinam etiam pretioſiſſimum Balſamum, quemadmodum & cortex plantæ interior, & fructus; quamvis in illo gratior halitus percipiatur. Lac non niſi debiliter coagulat; imò ne hoc quidem præſtiterit, niſi recens, niſi ſpiritû etiamnum acidulo prægnans fuerit. Laneis quoq; pannis, nec profundiùs inſiden-*

*tem, nec diffundentem ſeſe maculam imprimit. Hoc enim, ut olei proprium eſt, ita ſincero Balſamo non competere, antiquitùs rectè conſtitutum fuit. Atque ut paucis concludam, Balſamum ex Arabiâ felici in Ægyptum delatum, atque hinc Venetias, ſi nondum vetuſtate colore pallido, citrino, aureo, odore non inſuave, facilè ſolubile, linguam clementer mordicans, quantumvis optimi illius notas ad unguem omnes haud ſervet, in Theriacæ tamen compoſitionem potiùs admittendum cenſeo, quàm eliſum Muſcatæ nuci aut Caryophyllis oleum, temperamenti calore longiùs exorbitans. Tantum eſt, Vir Clariſſime, quod per varias occupationes gratiſſimis literis tuis reddere licet: Tu vale feliciter, & cum Naudæo noſtro plurimùm ſalve. Patavii XXIIX. Octob. A. S. M. DC. XXXIX.*

---

# ROMANA OPOBALSAMI

## *Propugnatio Quarta.*

MEmoriale, quod Tibi, Illuſtriſſime Collicola, exhibitum eſt pro Collegio Aromatario adverſus Man-

Manfredum & Panutium, quemadmodum ob diſcrepantes veterum Auctorū Balſami ejusque ſucci deſcriptiones, uni Alpino ſtandum eſſe, rectè conſtituit; ſic deducendo ex ejus doctrinâ, quòd controverſum Opobalſamum falſum ſit, non ſufficienter concludit. Arridet ſanè, quòd ille Io. Grauvius Britannus, qui nuper, ut refertur, ex Ægypto & Cayro, unde Principum Virorum juſſu verum Opobalſamum in Angliam aportare debuerat, Romam venit, veriſſimam ibi çognoverit Alpini doctrinam de Balſamo ex omnibus veri ſucci periſſimis, & præſertim ex docto Medico Veneto, qui Cayri medicinam facit; ſed quòd ille ne guttam quidem veri Opobalſami inveniſſe, nedum inde ſe aſportare potuiſſe affirmet, fucati verò ac ementiti copiam reperîſſe non exiguam, quam tamen emendam vetuit Medicus Venetus rei peritiſſimus : non ita accidendum vellem, ut hinc noſtri Opobalſami redarguatur ſinceritas. Illùc enim ex Arabiâ transportari etiam in magnâ copiâ, non ex Alpino tantùm, ſed ex Veslingio, jam oſtendimus. Quod Io. Grauvius prædictus non invenit verum emendum Opobalſamum, id

fortaſſe accidit, vel quia tempore reditûs Caravanæ è Meccâ & Medinâ Cayri ille non aderat, vel quia, ut ex adverſo eum affirmare ſcribitur, in paucâ quantitate, & ea Baſſæ & Principibus viris reſervata, advectum anno illo Opobalſamum eſt. An autem aliis annis tàm exigua ſemper afferatur portio, non dicit. Scirem tamen libenter ab eo, quidnam ipſum impedivit, ut cum de Regis ſui ac Britannorum Principum voluntate adimplendâ ageretur, & apud gentes, penes quas aurum cuncta poteſt, non illam ſaltem coëmerit veri Balſam portionem, quam in Baſſæ Ægypti & Principum virorum, id eſt, nobilium, & militum Ducum manus deveniſſe ait Sed his miſſis.

Diſcutiamus argumentum, ex Alpin hinc inde receptâ doctrinâ elicitum quod in hoc conſiſtit, ut cùm Balſamun noſtrum nec ſit primæ, nec ſecundæ nec tertiæ ætatis, utpote ſignis alicuju ex illis, ultra quas alia non datur, orbatum, profectò nec Balſamum erit. A reſponſio eſt, argumentum non inclu dere exactam partium enumerationem ideoque non concludere. Vt enim i primâ meâ propugnatione firmavi con-

controversus succus est inter primam & secundam ætatem, & de utraque participans medium obtinet statum, qui nec imperceptibilis est & momentaneus, sed diu durans & latitudine præditus. Quare non mirum, si non est, ut in medio primæ ætatis & illius initio, *acutissimi validissimique odoris, ac substantiæ turbidæ & crassæ, ut oleum statim ab olivis expressum*, quemadmodum vult Alpinus, *nec ut in secundâ ætate, aureus fulgentissimus, tenuissimus atque clarissimus, & odore eximio*, sed conditiones utriusque ætatis quasi possidens, colorem habet inter viridem & aureum fulgentissimum, substantiam inter crassam & tenuissimam, & odorem nec acutissimum nec eximium, sed ex acuto ad eximium & suavem tendentem, ut prorsus illud habere debet Opobalsamum, quod in transitu ex primâ ad secundam ætatem reperitur, & qualitatum mutationem per alterationis motum, qui successivus est, adipiscitur.

Ne autem id gratis dictum videatur, ex eodem Alpino liceat colligere, qui cap. 3. Dialogi de Balsamo ait, succum tunc *inprimis crassum & turbidum cerni, & postea longo temporis intervallo depu-*

*purari, & tenuissimum evadere atque clarissimum.* Ergò, infero ego, *in illo longo temporis intervallo*, in quo fit transitus à crassitie ad tenuitatem, erit substantiæ mediocris. Ait præterea eodem capite 3. & cap. 4. *ex viridi colore in aureum splendidissimũ eodem temporis intervallo transire.* Ergò tunc temporis habebit colorem mistum, hoc est, colorem aureum obscurum, ut hoc nostrum. De odore etiam consimiliter loquens ait: *Odor in recentissimo validissimus est, in medio tempore odor fit suavior, Thus & Terebinthum redolens, cum suavioris tamen odoris fragrantiâ:* ergò inter primam & secundam ætatem, id est, in eo tempore, quo comprehenditur ultima pars primæ ætatis & prima pars secundæ ætatis, & in quo ex acutie & validitate odor ad suavitatem tendit majorem, nec acutus valdè erit & valdè suavis; maximè cùm talis suavitas & fragrantia debeat esse paulò major, quàm ea, quæ in Thure & Terebintho animadvertitur: Nam hoc sibi volunt illa verba, *cum suaviori tamen odoris frangrantiâ*; Vnde cum Thuris & Terebinthi simul unitorum exigua ea ac parva sit, magna profectò ac excellens non poterit esse in Opobalsamo. Dum

Dum verò ſuccum noſtrum redolere
ait Iuniperum, non Thus, ad ſenſum &
experimentum vocat, quod ſanè expe-
rimentum igne præſtandum eſt, ut Thu-
ris ſuavitas ſentiatur, Iuniperi gravis o-
dor detegatur. Quinimò ad hoc peri-
culum ignito ferro faciendum, quod ad
hanc diem omiſſum eſt, ſi accedamus,
aliud in noſtro Opobalſamo advertetur
ſinceritatis indicium: *ferro namq; can-
denti inſtillatum non diffundetur more
cæterum unctuoſarũ, cùm ipſi admotæ fue-
rint, ſed in globum cogetur inſtar unius
margaritæ,* qui eſt non poſtremus veri
Balſami characteriſmus, ex Nicolao Gui-
berto Lotharingo lib. de Balſamo cap.3.
Habet ergò noſter liquor notas o-
mnes veri Opobalſami, nec unâ, quæ
fateor, ad ipſum deſtruendum ſufficc-
ret, deſtituitur: quod ſi habere videtur
ex illis obſcuras aliquas, imperfectio-
nis, non falſitatis eſt argumentum.
Quòd autem à Veſtris fictus liquor
aliquas præ ſe ferat, cùm & Galeni tem-
pore non deeſſent adulterationes con-
ſimiles, quid inde, cùm omnes non poſ-
ſideat? Caret namque aureo colore, nam
albũ eſt, loco ſuavitatis & auſteri odo-
ris teterrimum obolet virus: in aquam
in-

injectum licet ſpargatur, colorem non mutat, & forſan non in eâdem quantitate extrahitur: maculas ſeſe diffundentes laneo panno conciliat: lac ſi coagulat, ratione admixti coaguli id præſtat, & ſi ſuper ferrum ignitum inſtillabitur, diſſipabitur, nec cogetur in globum, ut noſter. Indignus ergò, ut hui comparetur, & falſus ac fucatus cùm ſit, ut falſitatis ac fuci noſtrum coarguat.

Sed quid pro amico Pharmacopœ Gallo, cujus judicium de vetuſtate noſtri Opobalſami relatum à me in reſponſione primâ non improbatum extitit & nunc ex adverſo cum Alpino convellitur: Non de ultimo ſenio loquutum fuiſſe reſponderem, ſed de primo tertia ætatis ſtatu, in quo nec turbidum adhu apparet, nec ita ſegne, ut non valeat in aquam projectum liquari & ad ſuperficiem deferri, id quod tunc ſolùm ab Alpino ei denegari veriſimile eſt, cùm in ultimo talis ętatis termino conſtitutum aëreis volatilibusq; deperditis particulis, Terebinthi nactum eſt craſſitiem a ſpiſſitudinem. Nec ridenda reſponſi hæc, quando cum noſtro Gallo conſimiliter ſentire audio integerrimum Virum

ium Armenum, Ioan. Molinam vocatum, rei hujus peritiſſimum, qui noſtrũ contemplatus liquorem, & de illo ſuper volam manus novo apud nos, ſed uſitato apud Arabes Mercatores experimento certior factus, pronunciavit eſſe verum Opobalſamum, ſed novem circiter aut decem annorum.

Verùm quod maximè gratum fateor, & gratiam exigit à Manfredo & Panutio & nobis omnibus, illud eſt, quòd ſincerus æquè ac doctus Vir de ſinceritate prædictiBalſami dubitanter ſcribens, in a demum verba à propriâ ſinceritate luctus ſit, ut affirmet, *controverſum liquorem in aquam vel lac inſtillatum deſcendere, aſcendere, diſſolvi, colore ſimillimo veri Opobalſami & odore haud abſimili præditum eſſe.* Quæ cùm fatetur, uis non videt fateri, quòd ſimulat ſe negare? Hæc enim ſunt præcipua veri alſami indicia, quibus præſentibus, & liis non abſentibus, ut non abeſſe aliàs ſt dictum, dubitandi ampliùs non video, qui ſuperſit locus.

Quòd ſi tamen aliquis ſuperſit atque maneat, is amoveri poterit, nî fallor, xta Galeni monitum, primo de Antiotis, ex comparatione noſtri contro-

ver-

versi liquoris cum vero Opobalsamo, quod nuper unà cum vero Xylobalsamo & Carpobalsamo, nec non Theriacâ & Mithridato cum illis compositis, ad me misit Præstantissimus Vir, Ioannes Nardius, Serenissimi Magni Ducis Etruriæ Medic⁹, scribens se illud obtinuisse à sua Celsitudine Serenissimâ, & esse ex eodẽ, quo olim M. D. Franciscus à Turcarum Rege (Alpino quoque referente) donatus fuit, & quod inter raras & preciosas res adhuc à Serenissimo illo Principe asservatur. Illud ergò tradam Illustrissimæ Dominationi tuæ, ut eo, prout libuerit, uti valeas.

# ROMANA OPOBALSAMI SEU THERIACÆ,

## *Propugnatio Quinta.*

PRæstantissimi DD. Quoniam Doctor ille, qui sub nomine Evonymi contra Opobalsamum scripsit, visâ meâ responsione conqueritur de me, quòd illa apposuerim verba; *meliùs diceret Anonymum*, & nonnulla quoque in

i medium affert, quibus ſuas poſitio-
es denuò tutari conatur; idcirco novâ
ropugnatione eum confutare non abs
e duxi. Et ut à querelâ exordiar, im-
nerito ſanè illam proponit, quando nō
nihi in animo fuit, eum tali nominis
nutatione deridere, ſed æquivocatio-
em potiùs inconſideratè, ut putabam,
lapſam indicare, eique corrigendam
roponere: cùm enim ſcirem, vocem
anc græcam Ἐυώνυμος latinè ſiniſter,
el apud Plinium unam ex Vulcaniis &
Eolis inſulis, Luſtega ſeu Vſtica dictam
gnificare, vel apud Theophraſtum her-
am quandam infelicem, fœtidam &
rulentam, & quæ, ut addit Plinius lib.
. c. 22. *ſtatim peſtem denunciat*, indi-
num putavi, ut hoc parùm decoro no-
ine vellet quis datâ operâ ſe obvelare
r inſignire: econtrà autem, cùm opti-
è tenerem, doctos non paucos ſua mo-
menta Anonymi ſubſcriptione quan-
oq; obſignâſſe, idcircò verba illa, *me-
ùs diceret Anonymum*, appoſui.
Verùm ut ad reliqua accedamus, cùm
e poſt multa ob eorum levitatem, vel
vis confutationis non indiga in eun-
em recidit errorem, ut non obſtanti-
us tot clariſſimorum Auctorum teſti-
mo-

moniis à me adductis inficietur, poſt excidium Hieroſolymæ in Iudæâ, ac poſt Sultanorum Ægypti extinctionem apud Memphim Balſamum extitiſſe, iterumq; in medium adducat Patres Franciſcanos, tanquam aſſerentes, ne veſtigia quidem Balſami in valle Hierico reperiri, utique excuſatione dignus non eſt, cùm inter allatos Auctores multi extent, qui teſtes de viſu ejus redarguunt pertinacem inſcitiam. Vt tamen res illi aliisque, ſi qui ſunt ei conſimiles, clarior tandem appareat, quod ad Balſami defectum poſt Hieroſolymæ deſolationem attinet, dilucidè admodum ſuam evertunt opinionem præter Anaſtaſium Bibliothec. Petr. Damianum, Baronium, & alios jam citatos propugnatione 2. & 3. ii, quos negare non poteſt, Plinius & Galenus ex noſtris, Solinus & Tacitus ex Hiſtoricis. Plinius namque, ex quo malè intellecto deducit Balſami extinctionem, non defeciſſe talem arborem oſtendit, cùm ait: *Serit nunc eam Fiſcus*, & paulò pòſt in eodem cap. 25 lib. 12. de eadem plantâ, pro quâ dimicârunt Romani contra Iudæos, ſcribens ſubjungit: *Nunc etiam ſingularum arborum largior vena.* Galenus autem, qui

un

t habetur lib. 1. de Antidotis, naviga-
it in Iudæam, tales quoque plantas &
as multas inibi & in Syriâ ac Palæstinâ
dinvenit. Solinus etiam, dum post præ-
ictum Hierosolymæ excidium scribit,
dem confirmat cap. 48. Polyhistoris,
is verbis : *In Iudæâ tantùm Balsamum*
*ascitur, quæ sylva intra terminos XX.*
*igerum usque ad victoriam nostrã clau-*
*ebatur. At cum Iudæâ potiti sumus, ita*
*ci illi propagati sunt, ut jam nobis latis-*
*mi colles sudent Balsama. Similes viti-*
*us stirpes habent, malleolis digeruntur,*
*astris nitescunt aquis gaudent, amant*
*mputari, tenacibus foliis sempiternò ad-*
*mbrantur.* Sic Cornel. Tacitus lib. 5.
ist. consimiliter loquens, ait : *Exube-*
*ant in Iudæâ fruges nostrum ad morem,*
*aterque eas Balsamum & palmæ. Pal-*
*etis proceritas & decor, Balsamum mo-*
*ca arbor.* Quare cùm omnes isti Au-
ores scripserint post tale excidium se-
uutum sub Vespasiano Tito, Plinius
empe sub eodem Tito, cui libros Nat.
ist. inscribit, Solinus sub Trajano, Ta-
tus sub Adriano, & Galenus sub An-
nino & Commodo, imò & sub Seve-
,(sub Vero legeret verus amicus, Eru-
tissimus Servius Inst. Med. lib. 1.) ut
vide-

videre est in Chronologiâ Sansovini & alibi, & de Gal. 1. de Antid. eorumque tempore tales extarent Balsami plantæ, non defecisse eas sub Tito, vel sub aliquo alio Imperatore ante Commodum & Severum perspicuum est; ideoque notum, quàm falsò pronunciaverit Evonymus, de Balsamo post Hierosolymæ excidium non fieri in Historiis mentionem.

Quòd verò post Sultanos deletos in Matareæ hortis propè Memphim siti remanserint Balsami plantæ, olim ib visæ anno 1321. à Mariano Sannuto Veneto, ut habet lib. 3. Secret. fidel. Crucis parte 14. Anno, verò 1483. à Bredenbachio, ut scribit in suo Hodœporico Ierosolymitano, & anno 1501. & 1502. à Petro Martyre, ut legitur lib. 3. suæ Legationis Babylonicæ, & refertur à Io. Eusebio Nierembergio de Miraculosis Naturis in Europâ c. 79. minimèque ut Evonymu ait, extinctæ sint, clarum adeò est atque apertum, ut sine temeritatis nota non possit contra tot Principes, Oratores Doctores, nobiles Peregrinos & Mercatores, qui eas ibi viderunt, contrarium affirmari. Liceat tamen eum denuò cõvincere ex Matthiolo à se pro se addu

cto

cto, qui sic ait lib. 5. epist. pag. 551. *Memphi tamen, ut audio, Balsamum in quodam tantùm viridario alitur, sed liquoris non valdè ferax, nec etiam plurimæ ibi plantæ aluntur.*

Scripsit autem Matthiolus multò post Sultanos deletos, & longè adhuc magis Marcus Oddus, cùm lib. de Ther. & Mithr. serm. 2. cap. 2. idem confirmans, ait: *Qui ex Italiâ in Ægyptum navigârunt, in urbe magnâ, quam Cayrum vocant, Balsami extare viridarium, idque Imperatori Turcarum soli custodiri prædicant.* Ex quibus, ut patet Evonymum ad pauca respicientem, nimis facilè contrarium pronunciâsse; sic admiratione dignum existit, quòd Balsami plantæ, quæ olim in eâ regione tàm densâ fertilique sobole vigebant, ut earum succus vel cadis effunderetur in solemnioribus nuptiis, & pro lampadibus sacras ante aras conservandis rutilantibus usurparetur; subsequentibus postea temporibus exaruerint, penitusque quasi defecerint. Quòd verò talis Balsami quantitas tanta esset, ut prædictis etiam usibus destinaretur, hæc de primo usu demonstrant Claudiani carmina:

*Gemmantes alii per totum Balſama tectum*
*Effudére cædes, duro quæ ſaucius ungue*
*Nilac⁹ pingui deſudat vulnere cortex.*

de ſecundo verò præter Anaſtaſium Bibliothec. alibi citatum, Petri Damiani auctoritas ſuprà quidem à me indicata, non tamen deſcripta, hîc autem velut memoriâ dignis expreſſa verbis & cuilibet non obviis, omninò exſcribenda oſtendit.

Ait ergo in epiſtolâ ad Cadaulum, Pſeudopapam electum, magnus iſte Vir, magno referente & approbante Baronio, Annal. tom. 11. ann. 1061. ſic: *In Babyloniæ partibus poſſeſſionem Apoſtolica Sedes habebat, unde tantum Balſami redditũ per annos ſingulos capiebat, quod indeficiente fomite ſufficeret lampadi, quæ videlicet ante altare Beati Apoſtolorum Principis rutilabat appenſa; quam poſſeſſionem acceptâ pecuniâ Papa diſtraxit, canonemque aromatis, quem accipere ſolebat, amiſit. Aliquantò pòſt, cùm idem Papa prædicto ſacroſancto altari quaſi devotus aſſiſteret & oraret; ecce quidam terribilis, & grandævus ſenex, in cujus etiam facie barbiraſium videbatur, elato brachio, colaphum ipſi vehementer incuſſit,*

*ſit, & ait. Tu extinxiſti lucernam meam ante me, & ego extinguam lucernam tuam ante Dominum, moxq́ʒ diſparuit: Ille verò protinus corruit, & paulò pòſt diem clauſit extremum.* Fuit verò, ut id adjungam ex Iacobo de Vitriaco Epiſcopo primùm Acconenſi, deindè Cardinali Tuſculano in Hiſt. Hieroſolymitana cap. 85. *Balſamum in hunc locum translatũ, ſcilicet;* ut ille inquit, *in campum civitatis Ægyptiæ, quæ Babylonia nuncupatur ab Ægyptiis, ex vineâ Balſami, quæ in terrâ Sanctâ, in loco, qui dicitur Hierico, ſolùm inveniebatur.*

Addamus his, ſi placet, non ignobilis Medici recentiorisque certum de hac re argumentum, & nobilis cujusdam Peregrini aliam adhuc recentem narrationem. Medicus eſt Horatius Guarguantus Venetus, qui lib. Reſponſ. Var. ad varias ægritud. edito Venetiis 1613. volens probare, quòd omni ævo Balſamũ in felici Arabiâ repertum ſit, non ſolùm ait, *quòd inde unà ſimul cum mercibus aliis ſæpè ramuli trãſportantur & fructus, ſed quòd iſti ramuli & fructus conveniunt cum illis, qui in Matareo coluntur.* Ex quo non modò colligitur, eum pro certo habere, in Matareæ hortis reperiri

Balſamum, ſed inſuper non benè opinatos fuiſſe Rev. illos Fratres Commentatores Meſue, quando Diſt. 3. affirmarũt, *tantam Venetiis ex putaminibus & ramuſculis Xylobalſami copiã haberi, quòd quaſi fornaces poſſunt incendi*: negârunt tamen eſſe vera, hoc ſcilicet nõ uſi Guarguanti argumento, ſed levibus quibusdam conjecturis, nec ad id attendentes, quod Gal. ſcribit 1. de Antid. c. 2. nempè *Balſami lignum & ſemen fraudem nõ admittere.* Peregrinus verò eſt CHRISTOPHORVS FÜRERUS AB HAIMENDORF EQ. AURATUS, DUUMVIR R. P. NORIMBERGENSIS PRIMARIUS, ET IN REB. BELLICIS CONSIL. SUPREMUS, qui in ſuo Itinerario Ægypti, Arabiæ, Palæſtinæ, Syriæ, aliarumque Regionum Orient. edit. Norimbergæ A. S. 1621. deſcribens peregrinationem Ægypti, poſtquam loquutus eſt de Cayro Novâ, ſic ait dè fonte Matareæ & Balſamo: *Hîc fontem nobis monſtrârunt profundum, è quo bina juga Boum aquã rotis hauriunt irrigandis hortis, quos ibi plurimos habent, quos inter ille excellit, qui Balſama profert.* Et paulò inferiùs. *Verùm hortus, quem dixi, Balſamorum exigui admodum ſplendoris eſt, raræque in*

*in eo arbores, utpote cui colendo parùm curæ imponunt. Afferebantur tunc temporis Balsama aliquot ex urbe Mechâ, quæ inserebant.*

At de valle Hierico quod Evonymus subjungit, tametsi novâ non egeret confutatione, utpote jam explosum clarissimorum hominum auctoritate, quia tamen ille in medium iterum adducit Patres Franciscanos, tanquam affirmantes, *ne vestigia quidẽ Balsami in tali valle reperiri,* & illis solis, aliis posthabitis fidem habet; idcircò quia solis credit Patribus Franciscanis, hunc quæso audiat Patrem ex tali ordine Fr. Augustinum Stephanium Ragusinum, postea Episcopum Stagni, qui libro de perenni cultu Terræ Sanctæ & de fructuosâ ejus peregrinatione, quam inscribit Greg. XIII. P. M. sic ait : *Hierico est planities magna, conclusa montibus ab Oriente Arabiæ, ab Occidente Iudææ, & à Meridie mari Asphaltico vel Loth, à Septentrione mari Galilea, hoc est, Tiberiadis ; ipsa enim planities Hierico est valdè pulchra, & si culta, esset ad producendum apta omnia genera fructuum in eâ, ut à peritis in arte medica accepi, præcipuè ab Andrea Vesalio, qui ipsam unà mecum pere-*

*grinatus est, ab aliisque quampluribus classis hujus itidem intellexi. Reperiuntur in eâ omnia genera Myrobalanorum, & lignum pretiosum, quod appellant Spalato, poma aurea: arbores Balsami innumeræ in eâ sunt. Arabes enim colligunt grana quædam in arboribus illic nata, & ex illis oleum exprimunt ad dolores hypochondriacos, vel colicos sanandos optimũ, & ego expertus sum in me ipso, & in Rev. Fr. Io. Barbaro valorem hujus olei.* Ex quo, ut deduco, non potuisse decipi hunc Rev. Patrem in materiâ hac, quippe qui socium habebat magnum Vesalium, rei medicæ peritissimum; sic colligo, adhuc forsan in tali valle permanere plantas illas, de quarum defectu nulla assignatur causa, ab adductis tamen, & citatis Fratribus non cognosci, vel quia imperitis eæ sunt ignotæ, vel quia aliis fruticibus sunt obrutæ, vel demum quia Patres isti & peregrini alii non undequaque magnam illam planitiem, longitudinis circiter triginta milliarium, & latitudinis quindecim perlustrant, aut ob Turcarum metum perlustrare possunt. Vnde patet, quòd non solùm ibi conspexerunt Balsama Iacobus de Vitriaco, Cardinalis Tusculanus nun-

nuncupatus, ut habetur in ſuâ Hieroſolymitanâ Hiſtoriâ, & Borcardus Argentoratenſis Ord Præd. aliique ex omni claſſe Viri præclariſſimi à me citati, ſed aliqui etiam ex Ordine Sancti Franciſci; ac per conſequens me non immeritò ob allatas rationes ei reſpondiſſe, ſe uſum teſtibus invalidis.

Id quod Iurisperitorum quoque doctrinâ ad controverſiam hanc apprimè faciente confirmare fas ſit. Statutum namque eſt apud eos, quòd plus ponderis habet teſtimonium affirmantis, quàm negantis; quinimò plus creditur duobus affirmantibus, quàm mille negantibus, ut ex Bartolo, Baldo, aliisque plurimis Iurisconſultis oſtendunt Farinac. de Teſtibus q. 65. part. 3. reg. 19. num. 200. & 201. &Maſcard. tom. I. de Probat. concluſ. 70. Cùm ergò teſtes affirmantes exiſtentiam Balſami à me adducti non modò ſint duo, ſed quamplures, nonne ex adverſo talem plantam negantes erunt eorum reſpectu invalidi nulliusque roboris? Vtique: ratione hoc, præter allegatas auctoritates, demonſtrante. Certiùs enim aliquid novit, qui, quod agitur, affirmando novit, quàm qui negando; neque nega-

tiva ita se offert sensui, sicut affirmativa.

Nec majori fundamento in eâ persistit opinione, quòd Arabicum Opobalsamum ita agreste sit, ac Iudaici & Ægyptiaci Balsami notis ac conditionibus destitutum, ut pro conficiendâ Theriacâ nec bonum nec utile existimari debeat; nam præterquam quòd agreste non esse atque incultum, velut ipse putat, jam ex Alpino & Veslingio demōstratum est, insimulque probatum, quòd substantiam, colorem, odorem, & reliquas à Veteribus genuino Opobalsamo attributas conditiones possideat; (Vndè non mirum, si Diodorus Siculus in suâ Bibliothecâ lib. 2. de Arabiâ pertractans, hæc habet verba: *Ibi in convalle quâdam Balsamum, quod vocant, gignitur, unde luculentum ipsis vectigal accedit, propter quod nusquam alibi in Orbe terrarum hæc stirps inveniatur, quæ præclarum quoque ad Pharmaca Medicis usum præstat.*) Sciat insuper, quòd tametsi aliquibus ex illis privatum esset notis & qualitatibus, adhuc tamen pro pretiosâ Theriacæ antidoto coagmentandâ, quocunq; posthabito succedaneo, eligi deberet? nam cùm potissima ratio,

ob

ob quã tàm laudati fruticis rami, ſemina atque ſuccus magnis antidotis commiſcentur, ea ſit, quòd alexiteriam habeant vim contra ſerpentum ictus reliquaque venena; talemque vim in Arabico Balſamo primùm ac principaliter recognitam habeamus, illud quoq; primùm & principaliter videtur in Theriacam injiciendum. Quòd autem facultas oppugnanti viperarum ac ſerpentũ morſus, quam Dioſcorides Balſamo à ſe deſcripto attribuit, & cum eo alii Auctores, in Arabico potiſſimùm conſpiciatur, ex jam alibi citato Pauſaniâ manifeſtiſſimè colligitur, dum lib. 2. de Bœoticis tradens collectionis Opobalſami modum ſic ait: *Arabes collecturi pro temporis ratione ſuccum Balſami, bina ſinguli lignorum flagella ad viperas, quæ veſcuntur Balſamo, deferunt, quas lignis quaſſatis abigunt. Conficere eas nolunt, quòd Balſamis eſſe conſecratas exiſtiment. Si deinceps eveniat, ut à viperis quis mordeatur, vulnus tantùm eſt, ut ferro videatur inflictum, ſed à metu veneni liberi ſunt. Quò enim veſcuntur viperæ unguento maximè odorato; ita venenum temperatur, ut ex lethifero mitius fiat.* Etenim, ut idem habet lib. 9.

*Viperæ in Arabiâ absque certo numero, sive plures sive pauciores sub qualibet arbore stationem habent. Vescuntur succo Balsami suavissimo. Adhæc gaudent aliàs umbrâ plantarum.* Huic autem Pausaniæ doctrinæ ut nullus est, qui se opponat; sic omnes subscribunt, & præsertim Cæl. Rhodig. Antiq. lect. lib. 18. c. 35. ubi satis in lõgum tradit, Balsamum in Arabiâ nasci, ibique viperas innoxias esse. Hinc propterea Viri aliqui doctissimi commendârunt pro vicario veri Balsami Iuniperi oleum, hâc præditum alexipharmacâ virtute & multò plures Terebinthi lachrymam consimili pariter facultate donatam, inter quos unum liceat adhuc viventem in præsentiarum adducere præstantissimum Licetum in Bononiensi Prytaneo primarium ac eminentem Philosophiæ Professorem, qui ad Illustrissimum & verè πολυμαθὴν Equitem Cassianum à Puteo de hac nostrâ controversiâ scribens, non solùm ait, se, dum Pisis degeret & Philosophiam in celebri illâ Academiâ profiteretur, à nobili quodam suo hospite Lusitano ex Æthiopiâ, ubi per aliquot annos moratus fuerat, redeunte vasculum stanneum plenum Balsami Arabici recepis-

cepiſſe, illudq; qualitatibus & viribus, prout tradunt Auctores, præditum inveniſſe; ſed inſuper addit, ſibi pro veri Balſami ſubſtituto Terebinthum arridere, tùm quia ab Alpino in odore cum Opobalſamo conſentire ſcribitur, tùm quia contra morſus virulentorum animantium, ut illud utile eſt ac proficuum. Vnde non mirum, ſi, ut ſcribit Alpinus & confirmat ſolertiſſimus Sennertus lib. 4. de Febribus cap. 7. noſtræ Theriacæ contra venena venenataſque materias ſegnes admodum conſpiciantur & invalidæ, ſecus ac de pretiosâ iſtâ Antidoto ſcribant Andromachus & Galenus; quia nempè Balſamo carent, alexipharmaco præſtantiſſimo, & ſuccedaneum non habent huic conſimile.

Neque Evonymus, vel quis pro eo Romanum objiciat noſtrum Antidotarium, & ante illud Galenum ipſum aſſerentem, pro Theriacâ debere eligi Opobalſamum Iudaicum, ab eodem primo de Antid. cap. 12. celebratum, vel ex Palæſtinâ, quod Sagadinum dicitur (id eſt ex vineis Engaddi) c. 4. dicti libri pariter laudatum; nequaquam vero Arabicum & Sabeoticum, quia, ut mittam id neque à Galeno neque ab Antidotario

exprimi, nihilque referre, cujus ſit loci, dummodò in qualitatibus non ſit, ut non eſt, diverſitas & diſcrepantia, ad græcum Andromachi primi Theriacæ inventoris textum eos demandabo, ut ab ipſo diſcant Opobalſamum pro Theriacâ conficiendâ non ſimpliciter ex Iudæâ vel Ægypto, ſed Ασσυϱίοις ἔνδοθεν ex intimâ Aſſyriâ eſſe ſumendum; ſub Aſſyriâ autem Arabiam quoque contineri, apud Strabonem lib. 16. de ſitu orbis ab initio, legere poterunt. Nec mirum id cuiquam videri debet, cùm à ratione potiùs alienum ſit contrarium, nempè quòd Ægyptiacum Opobalſamum & Palæſtinum, quod ex Arabiâ traxit originem, & advena eſt in illis regionibus, non patritium, debeat præſtantioribus ornamentis & dotibus eſſe inſignitum in alieno ſolo, quàm in proprio & nativo, ut Arabia eſt; quando oppoſitum docens Theophraſtus lib. 4. de Hiſt. Plant. cap. 1. hæc habet verba: *Omnia verò ſuis locis meliora proveniunt, magiſq; vigent.* Confirmat autem veritatem hanc Io. Euſebius Nierembergius Soc. IESV, dum lib. 1. Curioſæ Philoſ. per multa capita Balſami perpetuitatem in Arabiâ à mundi creatione probat,

ejus-

ejusque perfectionem ex eo ostendit, quòd ibi sine ullâ culturâ resinifera sit talis planta. Et hanc doctrinam in hoc opere Hispanicâ linguâ conscripto & Madriti edito 1634. in magno alio opere, cui titulus est, Historia Naturæ maximè peregrinæ edito Antverpiæ 1635. idem confirmat & ratam habet. Quare expugnata, nî fallor, jacet hæc Evonymi impugnatio & pro Evonymo adjuncta objectio.

An autem prosperè magis, quæ contra Prosperum adducit Alpinum, ad illius doctrinam communiter receptam infringendam, ejusque fidem tametsi scriptorum omnium fide stabilitam, ex hominum animis abrogandam, ab eo enuncientur; facilè est divinari. Audienda tamen, quæ in Auctorem hunc comminiscitur. Fuit jam in primâ scripturâ ab Evonymo dictum, quòd cum Alpinus aliter describat Balsami plantam, ac delineata respiciatur in ejus libris, suspectam propterea sibi videri talem doctrinam, cùmque responsum à me fuerit, diversitatem illam in delineatorem debere refundi, ille nunc tale responsum irridens, quasi non potuerit contingere, ut qui pinxit, ad amussim repræsentare

non valuerit, quæ ab Alpino fuerunt verbis expreſſa, & non ſemel apud alios rei Medicæ ſcriptores tale quid non inveniatur, penes quos inſuper una aliquando figura pro demonſtrandis pluribus herbis deſervire animadvertitur, in eâdem perſiſtit opinione ; A quâ, ſi fieri poteſt, ut removeatur, cùm meæ adhuc non ſuffecerint ad id præſtandũ modeſtiores interpretationes , ſciat, nunc me ſilentio involviſſe reſponſum aliud, quo, ut veritas elucidatur, ſic ejus in intelligendis Alpini verbis detegitur inſcitia : Dum enim ait Balſami folia ab Alpino aſſimilari foliis Rutæ , & in icone non Rutæ, ſed Iaſmini frondes repræſentari, ille non advertit, Auctorem hunc ſolummodò enunciare, *quòd Balſami planta foliis referta eſt Rutæ aliquatenus proximis*, non undequaque, inſimulque non agnoſcit, quòd hæc ſimilitudo attenditur magis forſan in colore, quàm in figurâ, ut propterea ſecundùm hanc *Balſami folia Lentiſci quoque foliis æmula* dicat cap.14 de plantis Ægyptiis. Vndè qui Rutæ ac Lentiſci frondes conſpcxerit, & iconem Balſami contempletur, videbit non talem adeſſe varietatem, ut non *aliquatenus* ſint proximæ

& c on-

& consimiles, quemadmodum Alpinus describit & Evonymus non intelligit.

Nec magis insuper valet ad suspectam reddendam Auctoris hujus doctrinam, quòd secundo loco adducit de Balsami narratione factâ ex ore Abdellæ Medici Ægyptii, (non Hebræi, ut ille oscitanter legit & scribit) qui in Dialogo de Balsamo loquitur: nam de re illâ qui certiùs poterat loqui & ut loquens introduci, quàm Cayrinus Medicus ob doctrinam præcellens, ob experimentum peritus, *& in materiâ plantarum exercitatissimus?* quique viderat in Matareæ viridario Balsami plantas virētes, & quotannis ex Arabiâ conspexit Balsami ramos, fructus & succum in Ægyptum devehi ac transportari?

At dum postremo loco in ea devenit verba, ut dicat, sibi suspectissimam videri atque imaginariam distinctionem illam coloris Opobalsami de quinquennio in quinquennium, quòd de eâ nullus ex antiquis Auctoribus loquatur, nō solùm demonstrat, se ignorare, quod *nihil est simul inventum & perfectum,* ut aiebat Cicero, sed quod magis refert, se non intellexisse veterum Auctorum de hac materiâ sententias, in quibus

præ-

prædictam colorum mutationem indicatam habemus. Legat ergò Galenum lib. 4. de Comp. med. sec. loc. cap. 5. (non tamen præcipitanter, ut solet) & animadvertet, quod ille de Opobalsamo ad morbos oculorum adhibendo discurrens, considerat, *vel esse tenue & pellicidum, vel crassum, quemadmodum solet in vasis circa fundum condensari & spissari:* quas sanè differentias juxta varias ætates in Opobalsamo consurgere rationi consonum est. Adeat præterea Plinium, à quo distinctè magis distinctionem hanc edocebitur. Libro enim 12. cap. 25. cùm hæc habet verba: *Succus è plagâ manat, quem Opobalsamum vocant, suavitatis eximiæ, sed tenui guttâ, ploratu lanis parva colligitur in cornua: ex iis novo fictili conditur crassior. similis oleo, & in musto candida. Rubescit deindè, simulque durescit è translucido:* nonne tres illas ætates, tresve ab Alpino elucidatas coloris & substantiæ mutationes innuit, indicat, aperit? Abeat ergò hæc Evonymi evonyma argumentatio, & Alpini de Balsamo verè Balsamea doctrina sic firma maneat ac stabilis, ut firmæ manent ac stabiles Alpes contra pestilentis Nothi rabiem & flamina Aquilonis. In-

Insurgit præterea Evonymus iste cõtra meam responsionem, quâ ad ejus argumentum de impossibilitate faciendi judicium de nostro Opobalsamo, quia vero destituimur, ex cujus comparatione falsum dignosci possit, sufficere dixi ad talem præstandam cognitionem ea indicia, quæ à Dioscoride & a liis tradita sunt, aliàs inutilia quasi & vana futura; insurgit, inquam, & Galenum in medium affert, qui tametsi doctrinâ ac ingenio præstantissimus, adhuc tamen nõ contentus iis, quæ ab Antiquis & Dioscoride præsertim de Balsami notis scripta sunt, voluit, ut habetur primo de Antidotis cap. 2. & 13. in Palæstinâm navigare, *ut ibi Opobalsamum ex arbore suâ resudantem aspiceret, & ex eo particulam tanquam regulam cæteris agnoscendis apud se semper haberet.* Vndè si Galenus, vel Averroë ejus malleo teste, magnus experimentator anceps fuit in hac re & dubius, quomodo nobis hoc idem non accidet?

Verùm ut mittam, nos habere ex Serenissimorum Principum Hetruriæ myrothecio elicitam veri Balsami particulam, mihi à Clarissimo talium Principũ Archiatro missam, & à me Illustrissimo

Col-

Colliçolæ D. meo traditam, illud pro novâ reſponſione adnotatum velim, quòd Galenus non navigavit primariâ intentione in Iudæam, ſed in Cyprum & Lemnum, hùc nempè, ut terram Lemniam, illùc verò, ut metalla ſelectiſſima conſpiceret, & hac occaſione profectus in Aſiam è *Palæſtinâ Syriæ Balſami liquorem puriſſimum detulit, ut præter notas à Dioſcoride traditas hanc haberet præcipuam à viſu petitam*, quando optimè *ſciebat Balſamum usque adeò pluribus artibus adulterari, ut internoſci vix poſſet. Adeò namque ejus tempore*, ut ait cap. 2. dicti libri, *qui ſimplices medicinas divendebant, callidè illarum quasdam* (ut Opobalſamum etiam ex cap. 13.) *cõcinnabant, ut exercitatiſſimos etiam quosque eâ in re Viros deciperent*. An autem hoc noſtro ævo tàm callidi ſint & fraudulenti, qui Opobalſamum in Arabiâ & Ægypto divendunt, non auderem affirmare. Sint tamen & adulteretur, adulteratumque ſit, quod probavimus, nosque decepti ſimus, ut decipi nonnunquam ſolebant vel peritiſſimi Viri Galeni tempore, an propterea talis erit error, ut Theriacæ ex hoc ſucco elaboratæ quidquam detrimenti af-

afferat & labis? nullo pacto. Decipiebantur etiam antiquitùs, & decepti magnas componebāt cum adulterato Opobalſamo antidótos unguentaque varia, parabant & medicamenta, & præſertim in Græciâ, quò nonniſi mixtum & adulteratum deferebatur Opobalſamum, Theophraſto Authore; & nihilominus de pharmacis illis ex eo confectis nullæ audiebantur querelæ, nullus excitabatur rumor. Optimum ſanè utplurimum requirebat Galenus & puriſſimum, ad Theriacas non modò, quas pro Imperatoribus conficiebat, ſed aliquando etiam ad alia medicamenta, illudque tale eum habuiſſe veriſimile eſt; at quòd alii Romani Proceres, qui ad inſtar ſuorum Principum Theriacam & ipſi componebant, nec non privati homines tùm medici, tùm unguentarii, à quibus pariter, Galeno referente lib. cit. cap. 4. ea coagmentabatur antidotus, optimum & ſincerum ſemper obtinuiſſe, non facilè concedam.

Atqui non contenti his Adverſarii, negant quoque mixtionem & in noſtro Opobalſamo ne guttam quidem veri Opobalſami reperiri ajunt, eorumque præcipuum exiſtit fundamentum, quòd

Ve-

Venetiis, ut habent à quibusdam tali
urbis ſeplaſiariis, nullus reperiatur vē
deferatur unquam verus Balſami ſuc
cus. At pronunciatum iſtud neſcio qu
torculari extortum, duobus mihi licea
teſtibus non ex infimâ hominum claſſe
ſed è ſublimiori litteratorum coronâ e
licitis, contrariumque affirmantibu
comprimere. Sunt autem iſti Æmiliu
Pariſanus, & Renatus Moræus, ille Ve
netiis, hic Pariſiis calamo & opere ma
gnâ cum laude Medicinam illuſtrante
& facientes. Scribit ergò Pariſanus ac
D. Bernardinum Meſſorium, anno jam
imminente futurum noſtrum Protome-
dicum, quòd non exigua reperitur in
magnâ illâ civitate veri Opobalſami co-
pia, imò & Xylobalſami, cujus propter-
ea portiunculam ad eundem miſit; ad-
ditque non paucis, tùm ex Medicorum
cœtu, tùm ex Aromatariorum claſſe,
prædictorum Pharmacopolarum atte-
ſtationem diſplicuiſſe. Moræus verò
ad ſibi & patriâ & eruditione, ac genio
& ingenio in ampliandis bonis artibus
parem, Gabrielem Naudæum de hac
noſtrâ controverſiâ etiam apud Gallos
auditâ nonnihil ſcribens, illud inter re-
liqua fatetur teſtaturque egregius Vir,
ſe

ſe nempè in muſæis plurium celeberrimorum nobiliumve hominum vidiſſe Opobalſamum illùc Venetiis advectum, & ut verum ac genuinum communi doctiorum ſenſu repertum & habitum.

Nec Veneti iſti Pharmacopolæ idcircò dicant, Opobalſami nomine non eſſe donandos liquores aliquos ad talem urbem ex Orientali plagâ aliquando delatos, & noſtrum præſertim, quia in vaſorum eos continentium fundo reperiatur neſcio quæ craſſities, & impuritas; nam ſi Galeni doctrina lib. 4. de Comp. Medic. ſec. loc. cap. 5. eis fuiſſet nota, flocci utique fecerent rationem hanc. Deſcribens enim ibi Galenus pharmacum aridum ad tuendam oculorum valetudinem, in quod ingreditur Opobalſamum, inquit : *ſi verò Opobalſamum tenue & pellucenti compage non craſſum, quemadmodum ſolet in vaſis circa fundum conſidere ac ſpiſſari : quod enim ita craſſum eſt, ariditatem pharmaci impediet.* Aridum ergò, terreum & craſſum reperitur aliquando Opobalſamum, & præcipuè in fundo vaſis. Præterea, nonne Galenus primo de Antid. cap. 4. de hujus lacrymæ bonitate agens ejus aliquam ſpeciem imperfe-

ctam

ctam adeò esse dicit, ut vinum, quo
caupones vendunt respectu Falerni
Quo posito, quis non videt, illud tàn
imperfectum Opobalsamum crassun
debere esse in substantiâ, obscurum in
colore, invalidum in odore, in aliisqu
qualitatibus segne? Sed audiamus Ga
lenum, qui sic loquitur: *Cæterùm, u*
*Romæ potiùs, quàm alibi medicinæ simpli*
*ces optimæ omnes haberi possunt, sic quo*
*que ab eo, qui Romæ Cæsarum antidoto*
*conficit, singula multò magis perfecta ha*
*bentur: Vinum* Falernum, *mel Hymeti*
*um, Opobalsamum Syriacum, quod à lo*
*co, in quò plurimum & optimum prove*
*nit, alterum quoque nomen accepit, Sa*
*gadinumque dicitur, cunctis aliis meli*
*us, quæ in Palæstinæ prædiis colliguntur*
*Quantum verò Falernum vinũ eo, quo*
*caupones vendunt, præstantius est, tan*
*tum Ægyptio Opobalsamo Sagadinun*
*vocatum antistat.* Ex quibus, ut colli
go, varios in Opobalsamo reperiri per
fectionis vel imperfectionis gradus; si
deduco, non solùm ex perfectiore opti
mam resultare Theriacam (ut erat ea
quam *Cæsari conficere obtigit* Galeno) &
ex imperfectiore minùs bonam, sed ex
nullo, viliorem adhuc & imperfectam
magis

magis. Vndè cùm in noſtrâ, de quâ lis eſt, præter reliqua ſelecta admodum medicamenta, quæ in ejus compoſitione tàm affabrè elaborata ſunt adhibita, Opobalſamum quoque, tametſi non optimum, bonum tamen & verum, in ordine ſaltem ad eam coagmentandam conficiendamque, ad quem finem illud à nobis approbatum eſt, contineatur & adſit ; Deſiſtere profectò deberent noſtri Pharmacopolæ ab eâ inſectandâ, uſurpatoque exagitando Opobalſamo, & quemadmodum ſeſe demonſtrârunt omni tempore, tàm in ſeligendis perfectioribus medicamentis, quàm in componendis ex iiſdem pretioſis Theriacæ & Mithridati antidotis, diligentes adeò ac peritos, ut nec ipſi, nec eorum pharmaca quibuſcunque aliis ubivis poſitis cedant ; ſic in poſterum opportuniora perquirentes ſe tales præſtare deberent, ut non alia tantùm ſimplicia, ſed Opobalſamum quoque & unà cum ipſo Carpobalſamum & Xylobalſamum obtinerent: quando jam ſatis, nî fallor, populari depulſo errore, hæc obtineri poſſe, demonſtratum eſt : Deſinant ergò cum Manfredo & Panutio de primatu per pharmacorum depreſſionem contendere

dere, obtrectationibusque omiſſis, ſi
bonâ æmulatione decertent, ut opu
hoc jam antea laudabiliter à Ferrant
Imperato Neapolis, à Io. Ponâ Veronæ
ab Antonio Bertiolo Mantuæ, à Bern
ardino Cicadâ Brixiæ, à Michaële &
Balthaſſare Campiis Lucæ, à Pharma
copœis Sereniſſimi Magni Ducis Flo
rentiæ, & ab aliis alibi patratum, ipſ
quoque pro nobilioribus ſaltem Viris
& delicatis Principibus, ſi non ad præ
dictorum & Manfredi & Panutii imita
tionem, ad Galeni ſaltem exemplun
perficiant, & aliquam Theriacæ & Mi
thridati portionem componant & à ſ
compoſitam, indiesque meliore adin
vento Balſamo meliorem redditam i
ſuis officinis habeant.

# PERORATIO AD LECTOREM.

DVM Propugnationes iſtæ ſub præ
lo erant, & fini jam proximæ, du
mihi redditæ ſunt à Clariſſimi
Viris de hoc noſtro Opobalſamo ele
gantiſſimæ Epiſtolæ, quas omninò co
rollarii veluti loco hîc adjungere volui
& cun

&c cum illis alteram, Viri pariter Clariſ-
ſimi de eadem materiâ noſtro præſenti
Protomedico inſcriptam. Continent
namque totum id, nî fallor, quod in hac
controverſia deſiderari poteſt ; hæc ul-
tima, nempe Pariſani, reſolutionem
quæſtionis, an ſit; dum teſtatur Vene-
tias advehi Opobalſamum, & advectum
reperiri, nedum apud Nobiles, ſed pe-
nes quoque Mercatores & Aromatarios;
aliæ verò duæ, Veslingii & Nardii, al-
terius dubii, quid ſit; dum affirmant,
controverſum ſuccum verum eſſe Opo-
balſamum, non ementitum & falſum;
ille quidem, ut peritus & Balſami, ſi
quis alius, hoc ævo expertiſſimus, hic
vero argumento uſus, quòd præcipuum
ad verum cognoſcendum Opobalſamũ
exiſtimavit Galenus, comparatione vi-
delicet ad ſincerum legitimumq;. Quæ
probandi ratio in ſecernendâ ab adulte-
ratis ſuccis Balſami lacrymâ tanti fit à
Galeno, ut quandiu illi ſoli penè confi-
dit, alia videatur ſigna à coagulatione
lactis & maculâ non relinquenda in la-
neis pannis vel parvipendere, ut expli-
catu difficilia, vel negligere, ut non uni-
verſaliter vera. Nam ſi, ut aliàs innui,
abſque conditione ullâ & abſolutè, ut

K Ad-

Adverſarii putant, vera eſſent ſigna iſta inutilis profectò remaneret Pergamen ſedulitas, & ſupervacaneum omnino comparatione ſumptum inditiũ: quan do nihil reperiri poteſt reſinoſum, pin gue & benè olens, quòd Balſamum no exiſtens, & lac coagulare, & pannos n fœdare potens ſit. Sano ergò modo hæ ab Auctoribus prolata intelligantur, & Galenico interim ſigno præcipuus de beatur locus : quo, cùm doctiſſimu Veslingius, qui diu in Ægypto commo ratus optimè callet Balſami ſcientiam & acutiſſimus Nardius, qui plura tra ctavit Opobalſami vaſcula in muſæ Sereniſſimæ Mediceæ Familiæ aſſerva ta, uſi ſint; eoque & aliis etiam noti innixi, controverſum ſuccum, verun judicaverent Opobalſamum; pluris uti que faciendum eſt illorum teſtimoni um, quàm aliorum mille ex libris ſolùn (utinam benè intellectis) negativè lo quentium, ut proinde eorum literas i hoc loco collocare reputaverim cauſa opportunum, & legentibus non inju cundum. Antequam autem illas ad ſcribam, oratum te volo Candide Le ctor, ut ſi quando in Propugnationibu hiſce meis tibi viſus fuero vel nõ omni-

nè

nò conformiter loqui, vel eadem quandoque repetere, aut ſine methodo ſcholaſticove ordine ſcribere, humaniter feras. Illas enim eo fine neutiquam elaboravi, ut ederem ac in publicum proferrem, ſed ut DD. Deputatis, non inconſideratè nos approbaſſe propoſitum Opobalſamum, quinimò parùm conſideratè noſtram approbationem nonnullos oppugnâſſe oſtenderem; idque cùm ab illis,(quæ eorum & benignitas, & ſolertia) tùm Collegæ mei, tùm ego ad hanc usq; diem obtinuerimus, nihil ultra moliendum fortaſſe remanebat. Paſſus tamen ſum ab amicis perſuaderi, ut illæ tametſi privatim cōſcriptæ, quia per multas manus etiam extra Vrbem incultiores adhuc, & amanuenſium incuriâ mendis plenæ oberrabant, publicam tandem aſpiciant lucem, horridæ ſaltem minùs ac mendoſæ. Placuit verò eas edere ſub illa prorſus formâ, quâ ſunt exaratæ, ultimâ exceptâ, quam Etruſco idiomate, ut vulgari Evonymi oppugnationi ſatisfacerem, conſcriptam, latinè reddidi, ut cuilibet excitatæ controverſiæ ſtatus & progreſſus innoteſcerent, in aliud forſan tempus mihimetipſi, aut per hæc quoque tempo-

ra aliis ordinatiorem tractationem, & ex methodo contexendam relinquens. Eòque vel libentiùs id præstiti, quia tibi, Humanissime Lector, placere studens, dum ab aliis audio maturiores elegantioresque præparari de hoc Balsamo discursus, quinimò jam à peritissimo P. Castello Messanæ præparatum hùc advehi, ut mittam elegantem illum, quem dudum ab exercitatissimis Campiis Aromatariis Lucensibus, habuisti, acerbiusculum hunc & primitium Balsami propugnati fructum, ad excitandum avidi intellectûs erga meliora appetitum, offerre, non ingratum tibi fore putavi. Verùm, si ex illo nullam vel hausisti utilitatem, vel percepisti delectationem; en tibi, quæ utramq; suppeditare poterunt, pollicitæ epistolæ, & ante illas notatu dignus Andreæ Cæsalpini locus, nunc mihi ab eruditissimo Bonanno demonstratus, nulloque modo subticendus, utpote ad rem faciens, & à doctissimo Viro, nostrique Collegii olim Medico, & in Archigymnasio meo venerando Prædecessore conscriptus. Habetur autem in appendice ad suos libros de Plantis & Quæstiones Peripateticas, nempe in Epistolâ Dedicato-

catoriâ his verbis. *Illud autem mirum videatur, aromata preciosissima simul cum fide Christianâ periclitata esse ac revixisse. Nam Cinnamomi non deerat copia Romæ ante Neronem: Postea verò, quùm in Indiâ fides Evangelii ab Apostolo prædicata minui cœpit, incœpit quoque Cinnamomum desiderari, etiamsi Romanum Imperium ad illas regiones tunc magis pervenisset. Revixit autem, cùm iterum prædicari Evangelium cœpisset, Lusitanis ad eas terras penetrantibus, adeò ut hodiè corticis ejusdem, quæ melior ejus pars est, major copia habeatur, quàm apud Antiquos ligni, in quo nulla gratia est. Idem contigisse videtur Balsamo Orientali, quod cùm soli Iudææ datum esset, ut scribitur, expugnata à Tito, & Vespasiano eâ regione non periére ejus horti, imò fertiliores Romanis colentibus evaserunt, ut testatur Plinius: cùm verò eadem regio sub Turcarum Imperium cessit, unà cum fide horti omninò periére. Hodiè tamen in quibusdam Ægypti & Arabiæ locis repertum; unde ferri cœpit ad nos integerrimus ejus liquor, nuncium sperandum resurgentis fidei, quod Deus concedat. Sincerissimum autem esse illud Balsamum, experimentis traditis ab Antiquis*

*tiquis colligi potest. Contigit enim mihi optimum & recens vidisse apud Franciscum Medicem, Magnum Ducem Etruriæ, & iterum apud Clementem VIII. Pont. Max. Liquor est pellucidus, subflavus, cujus gutta exigua aquæ instillata in calice amplo statim disparet, nõ subiens aquam, sed in totâ superficie dilatatur, instar membranæ pellucidæ ac tenuissimæ ceparum, quod argumentum est tenuitatis & puritatis, in nullis aliis liquoribus visum &c.*

## Æmilius Parisanus Romanus, Philosophus ac Medicus Venetus.

## Bernardino Missorio Romano, ac totius Ecclesiastici Status Archiatro Dignissimo B. A.

*QVum ad Veritatem temporis filiam nati simus, Excellentissime Doctor, quam diu jacere & fallaciis obrui non permittit: quemadmodum & ipsa contra hominum calliditatem & solertiam se per se tuetur, nedum etiam vestrum cele-*

*celebrium Doctorum sola aura. Verùm, quum de Balsamo Opobalsamove meam pro conficiendâ imò factâ Romæ Theriacâ sententiam requisisti, etsi satiùs silentium duxerim, quàm meum responsum; pro veritate nihilominus atque in hominis gratiam & salutem assentitus sum. Propterea scripsi, Venetiis Opobalsamum reperiri, idq; verum & germanum, juxta Dioscoridis sententiam & experimenta, ut me sæpiùs vidisse, quinimò expertum esse confirmavi, secundùm, inquam, illius opinionem; quæ Veneti Aromatarii viderunt &, ni fallor, testimonium dicent. Addidi, memoriâ si recolo, saltē refero, hîc Venetiis nunc reperiri ejusdem Opobalsami tres quatuorve (quòd sciam) ampullas apud Nobiles Venetos, quas ex Ægypto Consules asportârunt; quæ Balsama plurimi faciunt, quæque ex colore & odore vera creduntur: propterea cuique experiri integrum esse offerunt. Quæ si vera sunt, ut perquàm verissima, atque volenti cuique periculum facere sit; Vt quid in dubium vertitur, nunquid Opobalsamum reperiatur? quinimò non reperiri ajant? Nisi omninò quis se devoverit Andreæ Matthiolo dicenti, Venetias in Italiamve non asportari, contra Dioscori-*

 *dem*

*pem & experimenta, ac sensum ipsum. Addidimus, quòd nostri ævi Medicus Alpinus, qui in Ægypto medicinam fecit, & easdem plantas, fructus & Opobalsamū vidit, expertus est, scripsit, & quæ Dioscorides cōfirmavit, sicuti quæ Theophrastus, Serapio, Avicenna. Plinius, Albertus Magnus, & alii graves Auctores dixére. Cæterum objiciant vaferrimi & bellæ imaginationis homines, hujusmodi plantas ob bella cæsas resecatasque fuisse, vel etiam incendiis periisse; quod quum contra sensum immediatè sit, sensui pœnæ subjiciantur. Præterquam quòd etiam Deo id repugnat, qui in Creationis principio omnibus creatis viventibus animalibusq; imperavit, crescite, multiplicamini, replete terram, & quodq; suam sēmentem producat, & factum est: sive semine planta hæc producat, sive per stolones germinet, ut ficus, olea, salix (mittimus nunc, sive per bulbos, ut in nostris de Subtilitate libris primæ & tertiæ partis demonstravimus) & tunc factum est, inquam, ut postea certum, sicuti experientia & sensus docent. Præterquàm quòd impossibile & inauditum, species periisse unquam à Deo potissimum creatas; ut ridiculum prorsus sit hoc excogitatum, si cer-*

ertum eſt, verum Opobalſamum ipſum
pud magnos Principes, ſicut apud No-
iles Venetos, necnon hîc apud Mercato-
es atq; ipſos Aromatarios, & Opobalſa-
num, Xylobalſamum atq; Carpobalſa-
num adeſſe. Objiciat aliquis; ſi Venetiis
Balſamum invenitur, cur Veneti Aroma-
arii Theriacam cum Opobalſamo non
arant? Frivolæ huic objectioni reſponſo
aud opus eſt ſcienti: Quoniam Venetiis
lures Aromatarii ſingulis annis Theria-
am conficiunt quidem; ſed non ad cen-
enas libras, verùm ad millenas ob quæ-
ſtum & lucrum, ita ut, quod nunc Vene-
iis extat & reperitur Opobalſamum, nec
ni illorum Theriacæ ſufficeret: Proinde
actum puto, quòd pravi homines tunc
ac de causâ ipſum Balſamum adultera-
erint: Propterea deinceps contigerit,
uòd noſtrum Venetum Collegium olim
ucis Myriſticæ oleum ſubſtituerit: & quã
ortaſſe ob cauſam Andreas Matthiolus
rediderit & ſcripſerit, Opobalſamum
Venetias non aſportari. Hæc mea eſt ſen-
entia in tui gratiam ſcripta, Excellentiſ-
ſime Archiatre. Tu diu felix vive.

Dat. Venet. die 28. Ian.
1640.

Perilluſtri & Excellentiſſimo Viro
# DN. BALDO BALDO,
Iohannes Veslingius S.P.

*HAbui tandem à Clariſſimo Tomaſino, quem proximis ſpondebas litteris Balſami liquorem: cognovique ſimul atque odorem hauſi, illum ipſi eſſe, quem in Ægypto Venetis noſtris, reduces ex Arabia Mercatores venum exhibent. Hoc præcipuè* τεκμηρίῳ *puritatem ejus aſſerentes, quòd aquæ indita guttula protinus in pelliculam ſeſe explicet, iterumq; ſtyli cuſpide commota, colligi tota queat, ob tenuiſſimi ſpiritus deliquium pallidior: certi reliquas indolis notas, ætate plus minusve provectâ faciliùs obſcurari. Quibus eò libentiùs ſuffragatum ivi, quò major ſucco cum recentis Carpobalſami ſapore & odore cognatio fuit in quo, ut cùm Hermeticis loquar,* τὸ ἔμφυτον θεῖον *evidentiùs ſenſuum fidem provocat. Igitur, quamvis transmiſſus mihi Balſami liquor ſpontaneæ concretioni lacrymam ſuavitate non referat, quocunq; tamen artificio ſit elicitus, legitimum Balſami antiquitùs cogniti ſuccum adeò-*

adeoq; Opobalsamum judico, etiamnum Arabibus, Ægyptiisq; Dohon Balsan, unguen Balsami dictum. Vellem plura, nisi publicum Anatomes officium, cui totus obstringor, sermonis prolixioris pausam imperaret. Vale feliciter, Vir optime, & amorem absenti conserva. Dedi Patavii XIX. Ianuarii A. S. MDCXL.

## Paulo Zacchiæ, & Baldo Baldio, Medicis Romanis Præclarissimis, Iohannes Nardius Philosophus Medicus Florentinus, Benè agere.

*VEri Opobalsami portiunculam vitreâ pyxide inclusam vestro nomine (Viri Excellentissimi) dudum reddidit mihi tabellarius: Quidni verum dicam Opobalsamum, haud adulterinũ fictitiumvè, quòd omni argumentorum supellectile instructum, non superâsse tantùm, verùm & prosternere trucem potest invidiam? Iam satis superq; revelata est illorum fraus, qui obscura cujusdam diligentia hypocrisi Balsami plantam è vivis olim concessisse, obrutamque Iudaa rui-*

*ruinis ingens ſui deſiderium nobis reliquiſſe, malâ fide, autumant. Verùmenimverò, qui nôrunt, Balſamo natale ſolum ſemper fuiſſe Arabiam, exoticum finitimã Iudææm, dubio procul piaculares illos in Naturæ numen & mortalium beneficentiam, nõ riſu, ſed pœnâ mulctandos, transque fines litterariæ R. P. perpetuo exilio damnandos, ne fucum incautis faciant impoſterum, optimo ſuadente jure, decernent. Vivit adhuc eximia planta ſub fœliciſſimo cœlo non rarà, ſed frequens, nullius culturæ ambitioſa, etſi culturam minimè reſpuat, avelli tamen atque aſportari vix patitur. Quamquam verò alienis ſedibus præ hoſpitis indulgẽtiâ quandoque aſſueſcat, brevi tabeſcat alibi, præcipuè verò longinquis Heſperiæ in oris, non eſt tamen, quòd lacrymas transplantata ſupprimat, verùm uberes, easq; pro more lacteas, vel leviter atque cutetenus ſolidâ ſui in parte ſauciâ, ubique terrarũ abundè profundit. Neque profectò nobilis ſucci ubertas, quem laceſſita planta ſummâ erogat liberalitate, derogat quicquã propriæ incolumitati; ſiquidem mirabili œconomia, ut ſingulis ſuis partibus, vivificus olim aſſignatus fuit humor; ſic ramis atq; ſemini, vel poſt communia fata, ſucci illi-*

illius non minima reservatur portio, quòd sensuum irrefragabili criterio curiosus quisq; assequetur. Quorsum hæc, inclamabit morosus Cēsor? nempè ut ex hoc armamentario pugnacissimum educam primipilum, qui tuos invadat ordines atq; pessundet. Manum conferamus: Succus ille seu lacryma (utrumq; siquidem vox illa ὀπὸς Græcis significat) ejusdē penitus deprehenditur naturæ atq; conditionis cum succo, quo madescit Xylobalsamum atque Carpobalsamum; igitur verum erit atq; legitimū Opobalsamū, succus ille nempè, quem vos transmisistis. Probo consequentiam, nō topicè, & ex communibus, puta, si cum scholis dixero, quæ sunt eadem inter se, sunt & uni tertio; verùm ex propriis & à priori: Sic verò exordiar. Vnus idēq; penitus est succus, quo perfruitur resinifera planta singula, & quem sponte, aut vi, certis erogat temporibus: Balsamum verò plantā esse resiniferam, nemo est, qui ignoret: Vnus idēq; igitur erit succus, quē Balsamum profundit, cum illo, quem Balsami planta sibi reservat. Attexe modò, si libet; At sensuum certâ trutinâ eadē penitus sunt notæ invicemq; communicant, Balsami lignū, fructus, & resina illa, de qua nunc cōtroversia: Erit igitur hæc ve-

*rum atq; genuinum Opobalsamũ. Fidẽ insuper faciet dictis uberrima Pyrotechnia, cujus ope atque operâ vel intra horæ spatium elicias, atq; è medullis Xylobalsami vel Carpobalsami nõ vieti effœtisve viribus, certè evocabis simillimũ liquorem ei, quem nunc præ manibus habeo. Hæc pensitent, qui temerario ausu effrenes in veritatem debacchantur. Non minoris præterea est, quòd vestrum Opobalsamũ perquàm simillimum observo iis, quæ variis comparata temporibus diversisq; locata pixidibus asservantur in Ergasterio, selectioribus Pharmacis dicato à Serenissimo nostro Magno Duce. Cujus rei periculum si quis curiosus facere aveat, fautorem me habebit, cujus custodiæ pridem commissa fuére. Prodibit verò inprimis vitrea phiala librarum duarum pondo, quam dono olim dederat Serenissimo Magno Duci Francisco, illius nominis primo, incomparabilis rerum naturalium scrutator Vlysses Aldrovandus, necnon major altera recentiori liquore referta, quam prædives Mercator Ægyptius, navium quarundam Dominus, quæ Liburni portum appulere A. S. 1615. venum dedit Serenissimo Cosmo II. commutavit verò, ut ferunt, liquoris unciam cum librâ argen-*

*ti*

*ti: Cujus Opobalſami major pars abſumpta tunc fuit ab Aulico Pharmacopœo, quum A. S. 1633. nobiles atq; abſolutiſſimas antidotos confeciſſet, Ther. Androm. & Mithridatum, nullis ſuccedaneis ſuſpectas, unanimi artificum acclamatione inſignes, & Sereniſſimorum præſentiâ illuſtres. Ejusdem verò Opobalſami, quantum ſat fuit Theriacæ conficiendæ, in majori Xenodochio S. Mariæ novæ nuncupato, Sereniſſimus noſter enixè rogatus, magnâ liberalitate dono dedit ſequẽti anno; mirantibus ſingulis, quot aderant, artis Apollineæ cliẽtibus & ſucci præſtantiam, & largitoris munificentiam. Neque profectò indictum abibit Opobalſamum, quo donatus fuit Magnus Dux Franciſcus à Proſpero Alpino: hoc verò comparatum illi, quod Turcarum Imperator eidem Sereniſſimo pridẽ dono dederat, ſimile prorſus deprehenditur. Addo inſuper, quòd utroq; collato reliquis Opobalſami phialis meæ fidei commiſſis, quas variis temporidus noſtræ rapuere triremes Chriſtiani nominis hoſtibus, unius ejusdemq; obſervo prorſus conditionis unamquamq; lacrymam, accidentariis tantummodò notis vix diſcrepantem à compari, quas quidẽ (ut credere par eſt) inuſſit vetuſtas. Suus po-*

*poſtremò debetur honos Auctoribus, Dioſcoridi præſertim inter Antiquos, & Proſpero Alpino inter Recentiores, nempè certiſſimo atq; oculato teſti; quorum dum ſcripta penſito, notasque veri Opobalſami ad ſeveram trutinam revoco, ſingulas ad amuſſim cõgruere obſervo veſtro Opobalſamo! has verò ſingulatim exponere ſuperſedeo: non enim ignoratis (Viri præclariſſimi) aliud eſſe commentarium, aliud epiſtolam conſcribere: Faceſſant proinde malè feriati ſcioli, qui neſcio cujus dubiæ notæ prætextu, veſtri Opobalſami dignitati ſuccenſere haud verentur: quos tamen non ignoraſſe par erat, quin memoria illud ſedulò recoluiſſe, quòd*

Multa ferunt anni venientes commoda ſecum,
Multa recedentes adimunt.

*Hæc habui Viri Clariſſimi, decus Vrbis & Orbis, quæ vobis ſuaſoribus tenui meâ ex acerrâ veritati litarem. Valete, Amici Candidiſſimi, noſtriq; ſi licet, memores,*

*Florentiæ, Nonis Ianuarii*
*A. S. MDCXL.*

*F I N I S.*

SE-

# SERIES CONTENTORUM.



Re-

IN-

# INDEX

## Rerum memorabilium.

A.



*Bal-*

Ole-

O.



Opo-

F I N I S.

*Men-*

*Mendas in transitu observatas, Lector Benevole, sic emenda.*

Præf. A. 4. b. l. 4. oculata. l. 9. Itala, l. 23. favori. pag. 6. l. 15. maculam. p. 7. l. 8. coagulandi. p. 11. l. 14. Aromatariorũ. p. 13. l. 20. Antiquiorum. p. 21. l. 27. experientiâ. p. 23. l. 11. frigiditate. p. 24. l. 1. *adde* quantitatem insignem &c. l. 13. tentaveritis labem, p. 30. l. 16. *& alibi sæpius* Xylobalsamum. p. 56. l. 30. Cicada. p. 69. l. 21. Quatramius. p. 84. l. 8. levitate. p. 97. l. 16. *in quibusdam.* Mantuæ. & l. 24. Mantuano. p. 102. l. 12. ab. p. 117. l. 15. fortè. p. 129. l. 17. inferri. p. 147. l. 1. ut. p. 156. l. 29. nervorum. p. 166. l. 27. aliis. p. 205. l. 16. facerent, &c.

5
4

6
1 7
1 6
1 1